

Tabula siue directorium sermonũ Dormi secure ẜm alphabeti ordinem que tangit materias in singulis sermonibus contentas. Incipit feliciter.

Sequitur de A.

Tabula Alphabetica

Explicit tabula ſmonum.

qualis quisque est talia operatur Arist. et sic ducit plato quod nobilis quem sua nobilitat ...

Sermones dn̄icales cū expositiōib⁹ euā
geliorꝫ ꝑ annū satis notabiles ⁊ vtiles om
nib⁹ sacerdotib⁹ pastorib⁹ ⁊ capellanis qui
dormi secure vel dormi sine cura sūt nūcu-
pati eo ꝙ absqꝫ magno studio faciliter pos
sīt icorporari ⁊ ꝑplo ꝑdicari Incipiūt feliciť.

Dn̄ica prima aduent⁹.sermo primus.

Dicite filie syon
Ecce rex tu⁹ venit tibi
mansuetus. Mat.xxi.
Uerba ista scripta sunt
originaliter Zacha.ix.
vbi dr̄.Exulta satis filia hierusalē.iubila fi
lia syon.Ecce rex ⁊c̄. Et legiť ῤba istius
euāgelij duabus dn̄icis.s. in pria dn̄ica ad
uentus.⁊ in dn̄ica palmarꝫ. In dn̄ica pal-
marū legiť.quia cōuenit illi dn̄ice quantuꝫ
ad sensum ⁊ factū historicū. Sed in dn̄ica
prima aduentus ꝯuenit q̄tū ad sensum et
factū allegoricū.qr allegorice ꝑ aduētum
xp̄i in hierlm signať aduētus xp̄i in carnē.
Appropinquauit enī dn̄s spūaliter hiero-
solimis qn̄ ꝑ carnis assumptiōeꝫ in qua est
pacis visio visitauit illā ⁊ recōciliauit sibi.
Dicit ergo.Dicite filie syon ⁊c̄. In ῤbis istis
tria sunt cōsideranda. Primū est q̄d signa-
tur ꝑ filiam syon ⁊c̄. Secūdū est q̄s ē rex
iste ⁊ quō appellať. Tertiū est quō rex iste
venit.⁊ ad q̄d venire dr̄. Primū notať cuꝫ
dr̄.Dicite filie syon. Secūdū cū dicit. Ecce
rex tuus.Tertium cū dicit.venit. Primo ꝙ
ꝑ istam filiam syon quelibet aīa fidelis si-
gnať.quia syon interꝑtať speculū ⁊ quelibꝫ
anima fidelis est filia xp̄i.qui est speculum
sine macula.⁊ cādor lucis eterne. Sap.vij.
Uel filia syon diciť anima fidelis quia in ip
sa tanq̄ in speculo luceꝫ ⁊ resultat imago dei
ad cui⁹ imaginē facta est.Gen̄.ij. Creauit
deus hoīem ⁊c̄. Uere in qualibet anima fi-
deli relucet imago dei tanq̄ in speculo.maxi
me qn̄ est mūda ab omni peccato mortali.
sed quando est in aliquo pctō mortali:deni
grata est sup carbones.Tren̄.iiij.de pctōri
bus.denigrata est facies eorꝫ sup carbones
Et alibi.Egressus est a filia syon ois decor
eius.Uel ꝑ filiam syon signatur anima fide
lis que debet speculari ⁊ cōtēplari celestia.
quia sicut diciť Job.v. Homo nasciť ad la-
borem.scꝫ q̄tum ad corpus.⁊ auis ad vo-
landum.i.anima ad cōtemplādū celestia.

Secūdū est videre quis est iste rex ⁊ quō
appellať. Iste rex xp̄s ē.⁊ appellať Jesus
id est saluator mundi. Luce.i.dixit angel⁹
beate Marie. Ecce concipies ⁊ paries fili
um ⁊ vocabis nomen eius Jesum.i. salua-
torem mundi. Rex iste xp̄s est.ipe rex est q̄
habet in vestimento ⁊ in femore suo scriptū
Rex regum ⁊ dn̄s dominantiū. Apocal.xix.
Ecce omnes filij regum istius seculi nō sūt
nisi reguli respectu illius . De illo rege diciť
Es.xxxiij.Dominus iudex noster.legifer no
ster.rex noster ⁊c̄. Judex noster dicitur.qr
nos omnes iudicabit . Legifer noster.quia
quando venit in mundum nouam legem.
id est legem euangelicam nobis dedit ⁊ re-
liquit. Hec enī est lex ꝑciosa gloriosa ⁊ im-
maculata ⁊c̄. Rex noster dicitur.quia nos
regit.p̄s.Dominus regit me.⁊c̄. Iste rex
quinqꝫ conditiones habuit quas habere de
bet quilibet rex bonus ⁊ quilibꝫ bonus xp̄i-
anus qui est rex suipsius ⁊ sensuum suorꝫ
scꝫ iusticiā.sapientiā.potentiā.māsuetudi-
nem.⁊ humilitatem.Māsuetudo istius re-
gis nr̄i ōndiť in tribus ad p̄ns fuisse. Pri-
mū est i benigna pctōꝝ ad penitentiā voca
tione.⁊ in eorꝫ dulci receptōe.vt pꝫ i Ma-
theo ap̄lo ⁊ Maria Magdalena. Itē mā
suetus ⁊ benignus est in peccatorꝫ dulci re-
ceptiōe. Johelis.ij. Conuertimini ad dn̄m
deū vr̄m qm̄ benignus ⁊ misericors ē. Se
cundum est in auscultatione ⁊ exauditione
orationū penitentium ⁊ clamorū pauperū
clamantiū ad eum. quia dulciť exaudit e-
os.p̄s. Clamorem pauperꝫ exaudiuit dn̄s.
Tertiū fuit in dulci r̄nsiōe. Joh.xviij. Dixit
iesus ꝓditori ⁊ querentib⁹ eū. Quē q̄ritis?
Qui dixerūt. Jesum nazarenum. Qui dixit
ego sum. Istā mansuetudineꝫ habere debe
mus.quia ꝓuerbi.xiij.diciť. R̄nsio mollis
frangit iram. sermo dur⁹ suscitat furorem.
sic certe māsueti hēditabūt t̄rā.p̄s. māsue-
ti hereditabunt terram ⁊c̄. Dicite ergo filie
syon. Ecce rex tuus xp̄s venit tibi.id est ad
vtilitatem tuam.iustus.sapiens.potēs.mā
suetus.⁊ humilis. O filia syon tuus dr̄ rex
iste.quia pro te natus.pro te pauper effect⁹
pro te famē ⁊ sitim passus.ꝑ te flagellis ces⁹.
pro te vulneratus.pro te mortuus ⁊ cruci-
fixus. Vñ diciť Esa.ix. Paruul⁹ nat⁹ ē nob ⁊
pro nobis filius datus ē nobis ⁊ pro nobis
ad mortē datus. Tertium restat considera
re quō rex noster venit ⁊ ad q̄d venire diciť
Sciendū aūt ꝙ tripliciť venit.s.i carnē.

uinētē. ⁊ ad iudiciū manifestatōez. Prim⁹ adnētus fuit multū desiderabilis. Secūd⁹ dulcis ⁊ delectabilis. Terti⁹ ē crudelis ⁊ terribilis. De pⁱo aduētu dr Aggei. ii. Ueniet desiderat⁹ cūctis gētib⁹. Certe aduētū istū desiderabāt pres dicētes. Esa. lxiiii. Utinā dirumperes celos ⁊c. Circa istū aduētū noui regis facere debem⁹ q̄ttuor q̄ fieri solent circa alicu⁹ noui regis aduentū. Pⁱo ḡ de eius aduentu multuz debem⁹ gaudere. Ad Phili. iii. Gaudete in dn̄o sp. Uere gaudere debem⁹ de aduentu xp̄i in carnē sicut serui de sua libertate. ⁊ captiui de sua liberatione ⁊ egroti de sua sanitate. ⁊ ceci de sui luminis recupatōe: quia exortū est i tenebris lumē rectis corde. ⁊ sicut pditi de sua saluatiōe. ⁊ mortui de sua suscitatiōe. ad omīs ista uenit xp̄s in mūdū ⁊c. Scōm est q circa istū aduentū debemus oēs sordes pctōꝝ a cordibus nr̄is remouere ⁊ abiicere. Ro. xiii. Abiiciam⁹ opa tenebraꝝ ⁊c. Tertiū est q debemus nos pparare ⁊ bonis opib⁹ adornare vt digne possim⁹ aduētū ei⁹ celebrare. Et sicut dr. Eccle. ii. Qui timēt dn̄m pparabunt corda sua. Quartū est q debem⁹ ei munera pciosa mittere ⁊ offerre sicut fecerūt tres reges. Secūd⁹ aduēt⁹ ē in mentē. De isto dr Jo. xiiii. Ad eū veniemus ⁊ māsionē apud eū faciemus. Uere aū aduētū xp̄i in mētez p grām fuim⁹ faciles ad seducēdū ⁊ debiles ad bn̄ opandū. Terti⁹ aduēt⁹ erit ad iudicii manifestatōez. De quo ps. De⁹ noster manifeste ueniet ⁊c. ignis aū ipm pcedet dn̄s ad iudiciū veniet ad iudicādū bonos ⁊ malos. ⁊ ad reddēdū ei de oībus ⁊ singulis factis rōnē ⁊ cōpotū. Uñ debem⁹ eē parati ꝯ istū aduētū ad creddēdū ei rōnē ⁊ cōpotū⁹ de tribus. Primū est de vbis ociosis. quia sicut ipe dicit Math. xii. Dico vob q̄m de oī vbo ocioso qd locuti fuerīt hoīes reddent rōnē in die iudicii. q̄nto magis de mēdaciis ꝯ detractōib⁹ pessimis ⁊ iuramētis. ⁊c. Sa. p. i. Qui loquit̄ iniqua nō pōt latere Secūdū est de propriis factis. Uñ athanasius in symbolo. ad cui⁹ aduentū oēs homines resurgere hn̄t cū corporibus suis ⁊ reddituri sūt ⁊c. Tertiū est de bonis collatis. Mathei. xxv. Post multū vo tēpis venit dn̄s serui illius ⁊ posuit rōnē cū eo de bonis sibi collatis quō illa custodiret. Et primo de bonis nature. scilicet de anima ⁊ corpe. ⁊ de bonis gratie. vt de virtutibus. et bonis fortune. vt de diuitiis ⁊ etiā de tpe cōmisso nobis ad agendū pniam. Uñ dicit̄ cuilibet Redde rōnē villicatiōis tue Luce. xvi. Jō debemus esse parati ad reddēdū ei rōnem de istis oībus. q2 nescimus qn̄ veniet Luce. xii. Uos estote parati. q2 qua hora nō putatis filius hominis veniet. ⁊ sicut dr ibidem Beatus ille seruus quē cū venerit dn̄s inuenerit ita facientē. i. paratū ꝯtra aduētū xp̄i ad iudiciū oia super oīa bona ꝯtinet enim scz glorie. que nobis cōcedat Jes⁹ xp̄s dominus noster.

Dn̄ica secūda aduentus. sermo. ii.

E Runt signa in sole

⁊ luna ⁊ stellis. Luc. xxi. Quāuis enī vnusq̄sq3 hō iudicat̄ i morte fm merita ⁊ illud iudiciū est vno ad hoīes. iō necesse ē vt fiat iudiciū gn̄ale vbi hoīes iudicant̄ ⁊ demones ⁊ angeli. In isto iudicio faciet dn̄s q̄ttuor q̄ dn̄t fieri in iudicio tpali qn̄ re⁹ est capt⁹ ⁊ ad mortē iudicādus. Pⁱo iudex iubet ministros tuba clangētes. vt oēs veniāt ⁊ sniām audiāt. vt patet Amos. ii. Morie̅t moab in clangore tube. Scdo scripta legunt̄ corā omni pplo pp̄e ꝯfessiōis qd ille reus fecit. vt p3 Hester. viii Duos suos ꝯfessos iussit rex duci ad mortē eo q ꝯfessi fuerūt q voluerūt occidere regem. Tertio notificat snia iudicis ab ore plata qualē mortē sustinere debēt. Exo. xxii. Non patiaris maleficos viuere sup terram Quarto obedientia ministroꝝ trahētiū reū ad suppliciū. vñ dr. ii. Mach. vi. Hiis dictis trahebant reū ad suppliciū. Ista quattuor vult facere dn̄s n̄r iudex viuoꝝ ⁊ mortuoꝝ. Hec quattuor pbant̄ in hoc euāgelio. Nouitates signoꝝ tanq̄ tube clāgentes. potestates celoꝝ tanq̄ serui cōmēdabiles. iudices eminentes tanq̄ reges venerabiles. nationes euidentes tanq̄ cōfessiōes demonstrabiles. Et hec patēt in euāgelio vbi dn̄s dixit discipulis suis de iudicio vltimo q̄rentibus. Erūt signa in sole ⁊ luna ⁊ stellis ⁊ in terris pressura gentiū p ꝯfusiōe sonit⁹ maris. q2 belue marine magnū sonitū facient. qui audiet̄ p vniuersū mūdū. ⁊ fluctuū qui excedent contra naturalem vsum cursū suum vltra terminū. arescentibus hoībus. id est homines erūt macri ppter timorez qui superueniet vniuerso orbi. Nam virtutes celoꝝ. i. angeli mouebunt̄ ad cōpatiendū hominib⁹ ⁊ tūc videbūt filiū hoīs venientem

ad iudiciũ in nubibus celi cũ potestate ma-
gna ⁊ maiestate. His aũt fieri incipiẽtibus
id est cũ hec fiant supradicta respicite ⁊ le-
uate capita vr̃a. Et dixit eis similitudinem
vt illud melius possent intelligere. Uidete fi-
culneã ⁊ oẽs arbores cũ ꝓducũt iam ex se
fructũ. scitis quia iam ꝓpe est estas. nominat
ibi ficulneã quia ẽ prima arbor q̃ estatem
nũciat suis floribus. Ita ⁊ vos cũ hec vide
ritis fieri scitote qm̃ ꝓpe est regnũ dei. amẽ
dico vobis q2 nõ ꝑteribit generatio hec. q2
homines nascent̃ ⁊ morient̃ donec h̃ omia
fiãt. Celũ ⁊ terra transibũt. i. potius celũ et
terra ꝑirent q̃ v̈ba mea vera nõ fierent. ⁊
sic pz euangeliũ. Quo ad thema redeũdo.
Erũt signa i sole ⁊ luna. Nota quadruplex
signũ factũ est ⁊ fiet in sole. primũ signũ fa
ctũ est sub iosue. secũdũ signũ tpe Esaie. ter
tiũ signũ tpe passionis. quartũ signũ fiet in
iudicio. Et ista quattuor signa debent bene
notari ꝓpter doctrinã singularẽ ⁊ spũalem
Primũ signũ factũ est sub Josue. de quo le-
git̃ Josue. x. ꝑ figurã. i. doctrinã spũalẽ. Uñ
qñ Josue debebat filios isrl̃ ducere ad ter-
ram ꝓmissiõis venerũt quinq3 reges pagano
rũ cũ exercitibus eorũ vt impedirẽt eos. sed
Josue pugnabat ꝯtra eos adiutorio dei. ⁊
sol iam declinauit ad occasum. ⁊ clamauit
Josue cũ tota fide. Sol ne mouearis donec
habuerimus victoriã cõtra inimicos nr̃os
Sol obediuit ei ⁊ stetit ad spaciũ vni⁹ diei
donec oẽs inimicos vinceret. Ita moralit̃
ẽm apl̃m ad Ro. xv. Quecũq3 scripta sũt ad
nostram doctrinã scripta sũt in antiqua le-
ge. Et facta sũt ad nostrã doctrinã in lege
noua. Filij isrl̃ sunt fideles q̃ intẽdũt ire p⁹
hanc vitam ad terrã ꝓmissiõis eterne. sed
quinq3 reges cũ suis exercitibus impugnãt
nos. i. quinq3 sensus corpis. sc3 visus. auditus.
gustus. tact⁹. ⁊ odorat⁹. Exercitus eorũ est
mund⁹ dyabolus ⁊ caro ꝓpria. Sed Josue
id est quilibet fidelis debet cũ tota fide deũ
in tẽptatiõe orare. sol ne mouearis. sed stes
tamdiu donec habuerim⁹ victoriã. Sol iste
est iesus xp̃s q̃ dicit̃ sol iusticie ne mouearis
sed stes mihi in adiutoriũ. Et qñ xp̃s sol iu
sticie ita deuote inuocat̃. tunc paratus erit
semꝑ hoiem iuuare. ꝓpterea ad clamorem
Josue stare fecit solem. Et hoc pz de sancto
Anthonio q̃ fuit multiplicit̃ temptatus ⁊ a
dyabolo in corpe lacerat⁹. sed stetit xp̃s ve
rus sol sup eum. ⁊ dixit Anthonius. Ubi e-
ras bone Jesu. Rñdit ego sum hic ⁊ steti

supra te. sed volui ꝓbare fidem tuã. Adeo
qñ ipm̃ oram⁹ semꝑ stat vt grãm nobis in
fundat. Secundum signũ legimus. iiij. Re
gum. xx. Factũ est v̈bum dñi ad Esaiaz ꝓ-
phetam. Uade ⁊ dic Ezechie regi vt dispo-
nat domui sue. quia morief̃. qui fecit ẽm p̃-
ceptũ dñi ⁊ dixit Ezechie. Dispone domui
tue quia morieris. ⁊ ille v̈tebat se ad parie
tez ⁊ fleuit fletu magno. ⁊ dñs vidit lachry
mas suas ⁊ dixit. Uade ⁊ dic Ezechie. Ec-
ce vidi lachrymas tuas addã tibi. xv. ãnos
ad vitam tuã. Et cũ ꝓpheta hec sibi diceret
petijt signũ in sole. ita q̃ sol ꝑ decẽ gradus
iuit retrorsum. Ita moraliter Ezechias in
firmus corpaliter figurat genus humanuz
spũaliter infirmatũ in aĩa. ⁊ sicut Ezechias
fleuit fletu magno ꝓ vita ⁊ rogabat deuo-
tissime ita patriarche ⁊ ꝓphete ꝓ vita ⁊ li-
beratõe totius mundi generis humani cla
mantes erant illud Esa. lxiiij. Utinam di-
rumperes celos ⁊ descen. ⁊ dominus exau.
voces eorum. Unde ait illud ps̃. Propter
gemitũ pau. nũc exur. di. do. Et cũ nos vo-
luit de eterna morte liberare fecit signum ĩ
sole diuinitatis. ita q̃ ꝑ decẽ gradus iuit re
trorsum. Primus fuit primus chorus ãge-
loꝝ ⁊ suprem⁹. s. seraphin. q̃ tam ardent̃ in
diuino amore adherent deo laudãdo ipsum
Secũdus gradus cherubin. q̃ ꝑ sublimita-
tem sciencie secreta diuina cõteplant̃. Ter-
tius gradus throni in q̃bus deus sedet vt iu
dicio suo discernat. Quartus grad⁹ domi-
natiões. q̃ tante dignitatis sũt vt alijs pre
sint. ⁊ ꝓ diuersis causis mittantur ad nos.
Quintus grad⁹ est potestates. q̃ tante potẽ
tie sunt vt malis angelis resistant ⁊ puniãt
in hoc mũdo. q̃ ecclesiam dei impugnant. Se
xtus est virtutes. q̃ habẽt magnã potestatẽ
a deo miracula faciendi. Septimus grad⁹
est principatus q̃ ad hoc mittunt̃ vt princi
pes mũdi custodiant ⁊ informẽt. & ben eos
audire noluit. Octauus est archangelorum
q̃ mittunt̃ vt prouincias regãt ⁊ magna no-
bis reuelẽt. Nonus ẽ angeloꝝ quoꝝ offici-
um est hoies custodire. vt pz in psal. Ange-
lis suis mandauit de te. vt custo. ⁊c̃. Decim⁹
gradus est homines ꝓpter quos misit pro
priũ filiũ suũ qui se humiliauit formaz sui
accipiens. ⁊ hoc fuit signum q̃ nos deberz
redimere a morte eterna. ⁊ iste sol oriebat̃
in natiuitate ei⁹. occidit in passiõe. ⁊ reuer-
sus est in locũ suũ in ascensione. ⁊ hoc est se-
cundũ signũ solis. Tertiũ signũ solis factuz

est tpe passiōis xpi de quo legit in euāgelio Luce.xxiij. Ab hora sexta vsq ad nonā tenebre facte sunt p vniuersam terrā ꝛ sol obscuratus ē. ꝛ ista obscuratio nō fuit eclipsis sed miraculose. Hoc signū fecit dn̄s propter tres cās. Primo vt se verū deū ostēderet qui solem creauit. nam tāta fuit in quorundam iudeoꝝ corde duricia vt de signo non curabant. ꝛ iō ceci fuerunt ꝛ ceci manent in itellectu vsq in diem iudicij. Secūdo vt fideles suos ad cōpatiendū incitaret. Nam sol naturalis luxit cum suo dn̄o. quanto magis nos xpiani qui redempti sum⁹ sua sanctissima passiōe. Tertio xp̄s solem obscurauit i passiōe vt impios ad pniām reuocaret. sic multi fecerūt. vt pz in euāgelio. vbi dr̄ q̄ illi qui venerūt ad spectaculū illud visis signis pcutiebāt pectora sua ꝛ reuertebant. quare pcutiebant pectora. certe hoc est signum pnie. Ita etiā ꝛ nos pniām p peccatis faciamus. s; duriora sūt corda saxis q̄ se q̄ ad penitendū noluīt. Quartū signū solis fiet i iudicio extremo. qn̄ celi mouēdi sunt ꝛ terra de quo signo dic̄ Math. Statim post tribulationē dieꝝ illoꝝ sol obscurabitur. Ista obscuratio solis nō erit p interpositionē lune vt eclipsis. s; virtute diuina ꝛ propter peccatores dānandos ꝛ nō lucebit amplius sup terram. Hui⁹ figurā legim⁹ Ezech. xxxij. dixit dn̄s ad Ezechielē. Fili vade ad regem pharaonē ꝛ sume sup eū lamentū ꝛ dic ad eū. Ecce hec dicit dn̄s. Ex quo tu assimilatus es leoni ꝛ draconi q̄ ē in mari: expādam sup te rethe meū ꝛ extraham te, pyciam te in terrā ꝛ irrigabo terram fetore sanguinis tui et opiam sup te cū extinct⁹ fueris celos ne pluāt. ꝛ solē nube tegā ꝛ luna nō dabit lumē suū. ꝛ gladi⁹ regis babilonis veniet tibi ꝛ plāgēt te oīs tribus terre. Ita moralr p hūc regē egypti notat pctōr. q tenebrosus est in peccatis ad quē dicūt p̄dicatores. assimilatus es leoni ppr pctā manifesta. ꝛ assimulatus es draconi ppter pctā occulta. Vn̄ ait Greg. Leo aperte irascitur. draco occulte insidiat. expādam rethe in iudicio eterno. ꝛ extraham te de mari huius seculi ꝛ irrigabo terram cum fetore peccatorum tuorum. cum extinctus fueris. id est expulsus a facie mea. nec sol. scilicet naturalis nec sol diuinitatis dabit tibi amplius lumen suū. Ideo quo ad thema. Erunt signa quattuor. saluationis. incarnatiōis. redemptionis. ꝛ eterne damnationis.

Dominica tertia aduētus. sermo. iij.

Cum audisset Johānes in vinculis opera Christi mittēs duos discipulos. Mathei. xi. Videmus q̄ quādo homo est in vinculis ꝛ in loco obscuro tunc non potest esse letus. Juxta illud psal. Posuerunt me in lacu inferiori in tenebris ꝛ in vmbra mortis. tunc hominis illius desiderium est ab isto vinculo absolui ꝛ ad lucem venire. ita fuit Johannes baptista qui fuit quadruplici vinculo ligatus de quibus desiderabat absolui. Fuit enim in vinculis sui proprij corporis vbi anima sedebat in carcere. Unde Romanoꝝ. vij. Quis me liberabit de carcere mortis huius. Secundo in vinculis huius mundi. Tertio fuit in vinculis deserti vbi corpus suum velut in vinculis castigauit ne macularet suam sanctam vitam. Quarto fuit i vinculis Herodis. ideo misit duos discipulos de discipulis suis ad xp̄m vt ipm interrogarent vtrum Johānes deberet annūciare Christi aduentum ad lymbum sāctis patribus. sicut prenunciauit aduentum christi in mundum. ꝛ de hoc dicit in euangelio hoc. Johannes enim exiuit desertum et predicauit peccatoribus penitentiam ꝛ increpauit herodem dicens. Non licet tibi habere vxorem fratris tui penitentiā age. propter hoc posuit eum in carcerem. et Joh. habuit aliquos discipulos qui ipm sequebant ppter sanctitatem vite ꝛ doctrie eius. vt pz in euāgelio. In illo tpe. Cum audisset Johannes in vinculis opa xpi mittēs duos d̄ discipulis suis. vt dicerent. Tu es qui venturus es an alium expectamus. q.d. debeo existentibus in lymbo dicere tuum aduentum: qui mori debeo in carcere ppt̄ veritatem. Et r̄ndens Jesus ait illis. Euntes renunciate Jobi q̄ audistis ꝛ vidistis. ceci vident. claudi ambulāt. leprosi mūdant. mortui resurgūt. paupes euāgelizant. i. pctōres conuersi sunt ꝛ p̄dicāt sanctū euāgeliū ꝛ ait iesus. Beat⁹ q̄ nō fuerit in me scādalizatus. i. q̄ nō recedit de fide s; pmanebit vsq ad finē. Et tunc illis abeuntibus cepit Jesus dicē ad turbas de iohāne. Quid existis in desertū videre arundinē vēto agitatā. q.d. Joh. nō ē quasi arūdo q̄ a vēto moueat. qd existis videre hoiem mollibus vestitū: certe nō. quia iohes vestitū hz de pilis cameloꝝ. q̄ mollibus vestiūt in domib⁹ regū sūt. s; qd existis videre pphā: certe iohes ē plus q̄ pphā

q2 qð pphete pdicebāt h̄ Johēs digito demōstrabat. hic eñ est de quo scptū est. Ecce mitto angelū meū añ faciē tuā q̄ preparabit viā tuā ante te. ecce euangeliū. Quo ad thema. Cū audisset Johes in vincul' opa xp̄i. In speciali est notādū q̄ quadruplex ē vinculum in q̄bus oēs hoies ligant. Primū vinculū est amoris. Secūdū pudoris. Tertiū honoris. Quartū horroris ꝛ eterne dānatiōis. Primū est vinculū amoris quo oīa ligant ad diuinū amorē vt deū super oīa diligāt. De h̄ vinculo d̄r Col. iij. Habeat dilectiōem que est vinculū pacꝭ. Isto vinculo fuit ligatus apl's Paul⁹. Roꝝ. viij. cū dicet. Neqꝫ mors: neqꝫ vita. neqꝫ gladi⁹. neqꝫ timor. poterit me separare a charitate xp̄i. De quo vinculo amoris legim⁹ figuraꝫ i. Reg. vbi legim⁹ q̄ Dauid vicit Goliaꝫ in qnqꝫ lapidib⁹. ꝛ liberauit populū israeliticū de ptāte Golie ꝛ inimicoꝝ. ppterea Jonathas fili⁹ regꝭ Saul iniit pactū cū Dauid: ꝛ quasi vinculo amoris inter se colligabātur. q̄ erāt ambo tāti amici q̄si haberēt vnam aīam. ꝛ Jonathas exuit se tunicā suā ꝛ induit eā Dauid. Ita moral'r Golias ē dyabol⁹ q̄ obsedit ciuitatē n̄ri corpis vndiqꝫ ꝛ nitit aīam n̄ram cape. s̄ Dauid manu fortꝭ. i. iustus hō deū diligēs vicit Goliā. i. dyaboluꝫ in qnqꝫ ptib⁹ pnie. videlicet in ꝯfessiōe. cōtritiōe. ꝛ satisfactiōe. ieiunio. ꝛ orōne. ꝛ liberauit aīam suā de ptāte dyaboli. ꝛ iō Jonathas. i. xp̄s fili⁹ altissimi regꝭ ipm intimi diligit q̄ colligat se cū eo q̄si vincl'o dilectiōis. ꝛ induit eū vestimēto salutꝭ vt i die iudicij honeste valeat āmbulare. vt pꝫ s̄m aplm vt ꝓus dictū ē. Secūdū ē vinculū pudorꝭ peccatoꝝ. De isto vinculo dic̄ Dauid in ps. Dirupisti dn̄e vincula mea ꝛc̄. Istud vinculū soluit p bonā opatiōeꝫ. Vn̄ Esa. lij. Captiua filia syon solue vincula colli tui. Syon d̄r speculū ꝛ significat aīaꝫ deuotā q̄ ē speculuꝫ scē trinitatꝭ. iō ꝯsulit ppħa dicens. Solue vincl'a colli tui. Act. xij. Petr⁹ sedebat i vincul' cathenis duab⁹ ꝯstrict⁹. s̄ venit āgelus ꝛ excitauit eū dicens. Surge ꝛ seq̄re me: ꝛ secut⁹ ē eū. ꝛ cū venisset ex portā ait. Nunc scio vere q2 misit dn̄s āgelū suū ꝛ liberauit me de manu herodis: ꝛ de oī expectatione pleb̄ iudeoꝝ. Ita moral'r pctōr cū in tenebris pctōꝝ ē cathenis ferreis vel vinculis cōstrict⁹ venit angel⁹ dn̄i. i. gratia dei sibi inspirās ꝛ dicēs. Surge velociter a peccatis tuis ꝛ seq̄re me p ꝯtinētiā ꝛ p viā innocētie. Accipe vestimentuꝫ salutis qð amisisti per culpam. ꝛ sic educitur de vinculis ad vitam rectam que tendit ad eternā salutem ꝛ nūc pctōr cogitās p̄terita pctā ait. Nunc scio vere quia misit dn̄s angelū suū. ꝛ liberauit me de manu herodis. id ē dyaboli. ꝛ d̄ oī expectatiōe plebis iudeoꝝ. i. dānatoꝝ. Vn̄ dicit btūs Aug⁹. Educ⁹ p grām diuinā de vinculis pctōꝝ meoꝝ ꝯuersus vidi abyssum in q̄ iacuerā. ꝛ sic pꝫ secūdū vinculum. Tertiū vinculū est honoris. ꝛ istud est triplex. vt pꝫ Eccs. iiij. Funicul⁹ triplex difficile rūpit. Hui⁹ figurā legimus q̄ romani depingebāt amorē mūdi ad modū pulchre mulieris stantem in circulo aureo in q̄ erat sciptum litteris aureis. qd sum discerne. cū scieris fuge. ꝛ desideria sperne. sic multi sancti fecerūt ꝛ deo adheserūt. vn̄ ps. Mihi adherē deo bonū est. Itē scribebat̄ iuxta. Recedo. s. a deo cum amor me trahit p vinculum supbie. Itē scribebat̄ in alia pte. Sū charus dū viuo: q2 mūd⁹ diligit qð suū ē: s̄ p⁹ mortē valde amar⁹ est. Itē scribebat̄ in tertia pte imaginis. Ludo. illudit eñ hoiem ꝛ intm̄ decipit q̄ discerne verū nescit. vt pꝫ de duob⁹ viris q̄ꝝ vnus vocauit aliuꝫ: ꝛ dixit ad eū. Aue mi frater. ꝛ cultello ipm occidit. Ita heu multos iam occidit ꝛ decipit amor hui⁹ mūdi. Itē scribebat̄ in q̄rta pte imaginis. Excedo mentē. ꝛ h̄ pꝫ d̄ Salomone cuius mētem excessit amor mūdi. ꝛ sic ipm ligauit q̄ deós alienos adorauit ppt amorē mūdi. Et sic bn̄ pt q̄libet dicē quem ligauit vinculum amoris hui⁹ mūdi. Funes pctōꝝ circūplexi sunt me. Quartū vinculū est horroris ꝛ eterne dānatiōis. de quo vinculo ait dn̄s. Math. xxij. Ligat̄ manib⁹ ꝛ pedibus ꝓicite eū in tene. exte. ibi erit fletus. ꝛc̄. De isto vinculo legim⁹ figurā Dan̄. iiij. Videbā ꝛ ecce arbor in medio terre alta nimis: cui⁹ summitates ei⁹ celos tāgebāt. aspect⁹ eius ad terminos orbis terraꝝ. ꝛ folia ei⁹ pulchra. ꝛ fruct⁹ ei⁹ nimis suaues. sub vmbra eius aīalia ꝛ bestie. ꝛ in ramis ei⁹ volucres celi. ꝛ ex ea vescit̄ oīs caro. ꝛ vigil scūs descendit de celo ꝛ fortit̄ clamauit. Succidite arborē: p̄scidite ramos ei⁹. dissipate fruct⁹ ei⁹ ꝛ fugient bestie ꝛ volucres de ramis: s̄ ꝛ germē radicis eius vinculo ferreo ligate ꝛ cor fere det̄ ei. Ita moraliter arbor i medio terre ē pctōr in pctīs hui⁹ mūdi: q2 alt⁹ est q2 peccare nō desinit. magn⁹: q2 magna committit. fortꝭ: q2 fortiter in ips vicijs laborat

aspectus ei⁹ vsqꝫ ad terminos vniuerse terre: qꝛ de pctō suo nō erubescit. folia ei⁹ pulchra. i. laus hūana. fructus eius nimis delectabiles bona tpalia subter bestiā requiescūt id est carnales delectationes in qbus viuit vt bestia. volucres celi in ramis. i. bōa spiritualia vt est intellectus. volūtas. memoria ꝛ septē dona spūssctī ꝛ ex ea oīs caro vescitur: qꝛ nutrit suā carnē. ꝛ multos pctōres carnaliter viuētes. huic sic viuēti cōminatꝛ duplex pena. videlicet morꝭ tpalis. i. naturalis. ꝛ morꝭ eternalꝭ. Vñ seqtur. Vigil ð celo. i. de⁹ q vigilat sup nos clamat ad āgelos suos. Succidite arborē istā. Mat. vij. Omnis arbor q nō facit fructū bonū excidetur. Luc. iij. Securis est iā ad radicē posita. rami pscindunꝛ. i. qnqꝫ sensus corpis. folia. id est leticia mūdi ꝛ laus hūana sancꝭ dispergunꝛ. i. bona sua tpalia. vt patet in ps. Relinquēt alienis diuitias suas. volucres que sunt dona spūalia recedūt. videlicet sapientia. itellect⁹. volūtas. ꝛ memoria ꝛc. Radix id est aīal ligatꝛ vinculo ferreo in etna dānatiōe. iō frange vinculū culpe. liga te vinculo amoris. ꝛ fuge vinculum horrorꝭ ꝛc.

Dominica quarta. Sermo. iiij.

i **Ipse ē qui post me** vētur⁹ ē. Joh. i. Nota ꝙ videmus ad oculū in istis naturalib⁹ qñ aliqs pinceps magn⁹ vult nouā terram intrare vbi diu nō fuit: nūcios solēnes solet pdestinare vt qsqꝫ valeat se pparare vt cū honore tali pncipi valeat obuiare. ita dñs noster rex celi ꝛ terre q vt ait Johannes in Apoc. xix. in vestimēto suo scptū habet. Rex regū ꝛ dñs dñantiū. ꝛ voluit ī hūc mūdum intrare. ꝛ dyabolū de suo regno extirpare. voluit solēnem nūciū. scꝫ sctm̄ Johannē baptistā velut angelū premittere q suū aduētum mūdo intimaret. Ait g. Ipse est q post me vēturus est. Quō aute iudeis aduētum xpi insinuauit pꝫ in euāgelio hodierno. qꝛ Johes baptista erat ī deserto circa iordanē: ꝛ ppter scītatem vite sue noluit cōuersari in mūdo. tunc iudei credebant ipm esse xpm vt patet in euāgelio. In illo tpe mi-erunt iudei sacerdotes aliquos ꝛ leuitas in hierlm ꝛ dixerūt. Ite ꝛ iterrogate Johez. Tu qs es: xps es. Et iohes ꝯfessus est vitatem dicendo. Ego non sum christ⁹. Iterū interrogauerunt eum. Quis ergo es helyas es tu: ꝛ dixit. nō sum helyas. ꝛ iterū dixerunt. ppheta es tu: respondit. Nō. dixerunt ergo ei. Quis es: vt responsum demus hijs qui miserunt nos. quid dicis de teipso: ait Johānes. Ego sum vox clamantis ī deserto dirigite. i. preparate viam domini sicut ait Esa. Et qui missi fuerant erant ex pharisieis. ꝛ interrogauerunt eum ꝛ dixerunt. Quid ergo baptizas si nō es christus neqꝫ helyas: neqꝫ ppha. Rñdit eis Johes. Ego baptizo vos in aqua. medius aūt vrm stetit quem vos nescitis. i. xpus q mediator ē inter hoīem ꝛ deū quē vos non vultꝭ cognoscere. ipe est qui vēturus est cuius nō sum dignus vt soluā corrigiā calciamenti ei⁹. et hoc dixit in figurā hūilitatis. hec facta sunt in bethania regione deserti trās iordanem vbi Johānes erat baptizās. ꝛ sic pꝫ euāgeliū ꝙ Johānes precursor erat ꝛ nūcius ad aduētū dñi pclamādum. vt pꝫ in themate. Ipse est q vēturus ē. Nota ꝙ quadruplex est aduētus dñi. qꝛ pmo venit in vterū virginis velut rex in ortū. secūdo venit in mūdum sicut medicus ad egrotum. tertio venit in mentem sicut amicus ad amicū. quarto venit ad iudicium sicut iudex ad sententiā. Primo dico ꝙ xps venit in vterū virginis sicut rex in ortū delitiosum. Naꝫ videmus ꝙ isti magni reges habēt circa castra sua ortos delitiosos ad quos intrant ad spaciandū. ita vterus Marie virginis fuit ort⁹ delitiosus regis eterni preparatus. Unde Cañ. v. Ueniat dilectus meus in ortū suū. Ortus delitiosus debet esse bene conclusus ne bestie intrent. Iste fuit ortus Marie bene clausus. Unde Cant. iiij. Ortus conclusus soror mea sponsa ortus conclusus. dicit bis conclusus ppter duplicem castitatem. Fuit enī extra quo ad qnqꝫ sensus corporis videlicet visum. gustum. odoratū. tactum. ꝛ auditū. custodia angeloꝝ vallatus iste ort⁹ ita ꝙ nec leo superbie. nec vrsus auaricie. nec vulpes dolositatis intrare potuit. Item fuit conclusus ab ira ita ꝙ mēs eius nulla mala cogitatiōe potuit maculari. In isto orto fuerunt tres flores. scꝫ viola. rosa. ꝛ liliū. Uiola significat humilitatem. q est primus flos āmicias estatē. Hūc florē inuenit Gabriel cum ad eaꝫ intrauit dicēs. Aue gratia plena ꝛc. Respondit humiliter. Ecce ancilla dñi: fiat mihi sm vbum tuū. Secūd⁹ flos est liliū: ꝛ significat castitatē que fuit ī vtero virginis. Vñ ait de ea Cañ. ij. Sicut liliū

inter spinas. sic amica mea ⁊c̄. Tertius flos
in hoc orto fuit rosa charitatis. Vn̄ dr̄ Sap̄.
xxiiij. Quasi plantatio rose in hiericho. ⁊ sic
pȝ p̄mū. Secūdo venit in mūdū sicut medi
cus ad egrotū. Nā videmus ꝙ qn̄ aliq̄s hō
esset infirmus vsq̄ȝ ad morte. ⁊ si q̄s nuncia
ret sibi medicū venire q̄ posset eū bene sana
re de hoc multū gauderet: ita hūanitas fuit
infirmata vsq̄ȝ ad morte eternā. sicut dauid
dicit i ps. Multiplicate sunt infir. ⁊c̄. Sed
ipse medicus xp̄s in hūc mūdum venit cura
re genus humanū. Jō dicit Greg⁹. in ſmo
ne de aduentu. Magnus iacebat infirm⁹. iō
magn⁹ venit medic⁹ qui est christ⁹. i. Thi. i.
Fidelis ſmo ⁊ om̄i acceptiōe dignus. Venit
enī xp̄s in hūc mūdum pctōres saluos facē.
Ad Tytum. iij. Nō ex opibus iusticie q̄ feci
mus nos. ſ; ſm magnā mi̇ſcd̄iam suam sal
uos nos fecit. O in quāta miseria dampnati
omīs eramus. deum offendebamus ⁊ ipse in
nullo nobis fuit obligat⁹. in nullo nos indi
guit. ⁊ tn̄ ppter nos venit in mūdū vbi tot
incōmoda ⁊ tantā morte sustinuit. Ecce ꝙ
ta misc̄dia venit de⁹ ad hoīes. dn̄s ad ſuos.
diues ad egenos. potēs ad infirmos. sapiēs
ad stultos. bonus ad impios. medicus ad
egrotos. Et ex Ezech. xviij. pȝ hoc vbi dicit
In quacūq̄ȝ hora pctōr ingemuerit ei⁹ pec
cata nūq̄ȝ recordabor. Job. Deus verax est
implere que p̄misit. Sequitur correlarium
ꝙ deus nos nūq̄ȝ dampnabit. Sed timeo ꝙ
nosmetipsi per peccata nostra dampnabim⁹
nosmetipos. si nō cōuertimur ad veniā per
veram ⁊ integrā ꝯfessionē. Et iō xp̄s venit
in hunc mūdū vt nos sanet sicut medic⁹. vt
pȝ in euāgelio Luce. Homo q̄dam descende
bat ab hierl̄m in hiericho ⁊ incidit in latro
nes q̄ ipm̄ spoliauerūt ⁊ vulnerauerūt vsq̄ȝ
ad mortem ⁊ semiuiuū reliq̄rūt eum. venit
autē ⁊c̄. Postea venit samaritan⁹ q̄ mīa mo
tus est sup illū infirmū ⁊ lauit cū vino vul
nera ei⁹ ⁊ infudit oleū ipm̄ sanādo ⁊c̄. Itē
moraliter hō iste q̄ descendit ȝ hierl̄m ī hie
richo ē hūanitas descēdēs ppt̄ pctm̄ de sta
tu innocētie i statu miserie. ⁊ īcidit in latro
nes. i. sp̄us malignos q̄ ipm̄ velut latrones
ꝟtutib⁹ spoliauerūt ⁊ vsq̄ȝ ad mortē aīe vul
nerauerūt. qđ conquerit Esa. dicens. Vul
nerati eram⁹ ppt̄ pctā nr̄a. ſ; sacerdos. i. sa
cerdotes antique legis ipm̄ curare nō potu
erūt. nec leuita. i. patres legis nature. ſ; veit
samaritanus. i. medicus noster iesus christ⁹
qui misc̄dia motus infudit vinū sue huma

nitatis mixte cum deitate. ⁊ cum oleo misc̄die
in vulnera nostra ⁊ sanauit nos medic⁹. Jō
ait Esa. Vulnerati eram⁹ ⁊ ei⁹ liuore sanati
sumus. Et sic pȝ secūdum ꝙ xp̄s in hūc mū
dum vt medic⁹ ad infirmum venit. Tertio
dixi ꝙ xp̄s venit in mentē hoīs velut ami
cus ad amicū. Videm⁹ ad oculum qn̄ aliq̄s
hȝ amicū ad ipm̄ venire volentē ⁊ in omīb⁹
ditare cupientē solet se p̄parare: suūȝ hospi
tium quātū videlicet pt̄ ornare. Ita spiritu
aliter xp̄s verus amicus noster q̄ magnā
amiciciam circa nos ondit. q2 p nobis i ve
ra amicicia mortem sustinuit. Vn̄ dr̄ Eccl̄.
vi. Amico fideli nulla est cōparatio. Et ille
amicus libenter q̄tidie veniret ad nos gra
tiam suam nobis infundendo si nos essem⁹
parati. vt ipse ait Apoc. iij. Ego sto ad ostiū
⁊ pulso. si quis mihi aperuerit intrabo ⁊ ce
nabo cum illo. O quantum excitat aīa deuo
ta in aduētu illius amici. Unde Zach. ix. dr̄
Gaude ⁊ letare filia syon: q2 ecce venio ait
dn̄s. Filia syon est anima deuota que dȝ deū
diligere corde puro. Cor enī ſm ph̄m. est in
medio corporis positum. O quantuȝ anima
gaudere pt̄ de aduentu tam nobilis domini
tam vtilis hospitis sicut solet gaudere spōsus
de sponsa sibi amicabili. eger de aduētu fide
lis medici. amicus de aduentu fidelis amici
Ipse christus est sponsus quo nullus dicitur
speciosior. Unde Dauid. Speciosus forma
pre filijs hominū. Medicus quo nullus pe
ritior ad sanādum. q2 solo ꝟbo sanat. Mat.
viij. Dn̄e dic vnū ꝟbū ⁊ sanabit puer meus
Eccl̄. vi. Amico fideli in xp̄o nulla est cōpa
ratio dignior auro ⁊ argēto. Vn̄. iiij. Regū.
quedam dn̄a ait ad virū suū. O dn̄e volu
mus pph̄am dn̄i Helyseū inuitare. Rn̄dit.
Placet mihi. tūc purgauit domuȝ. prepara
uit cubiculum. mensam ⁊ candelabrū posuit
⁊ tunc inuitauit pphetam Heliseū. ⁊ ipse ce
nauit cum ea ⁊ hospitauit. ⁊ magnam grāȝ
ex parte dei dedit mulieri. Ita anima deuo
ta dicat ad corpus. O dn̄e volum⁹ xp̄m inui
tare vt veniat ad nos. ⁊ tūc dȝ rn̄dere. Pla
cet mihi. ⁊ dn̄a domus. i. aīa dȝ domū pur
gare scopa confessionis. ⁊ cubiculum cordis
preparare ornamētis ꝟtutū. mēsaȝ misc̄die
pene paupes recreādo. ⁊ cādelabꝝ cū lumi
ne accendere boni exempli. de quo candela
bro ait dn̄s in euāgelio. Vos estis lux mū
di. nō accēdūt cādelabꝝ ⁊ ponūt sub modio
ſ; vt luceat omn̄ibus q̄ in domo sūt. tunc venit
xp̄s in mentem sic amic⁹ ad amicū ipm̄ cō

folãdo τ grãm diuinã tribuẽdo. τ sic pꝫ tertiũ. Quarto dico ꝙ veniet ad iudiciuꝫ sicut iudex strictissim⁹. Apoca. i. Ecce veniet ĩ nubib⁹ celi τ videbit eũ oĩs caro. τ tũc plãgẽt se sup eũ oẽs trib⁹ t̃re. Itẽ Apoc. vi. Reges t̃re τ oẽs ꝑncipes tribuni τ diuites fortes τ oĩs infidel' s̃u⁹ τ liber abscõdẽt se in spelũcis τ in petris mõtiũ τ dicẽt mõtib⁹. Cadite sup nos τ absc̃õdite nos a facie sedentis sup thronum τ ab ira agni. q̃m veniet dies magnus τ scruissctõ2. τ tunc q̃s poterit stare. Veniet em̃ ad sententiãdũ vt ip̃e ait in euãgelio. P̃r em̃ oẽ iudiciũ dedit in manus filij. Et tũc veniet valde horribilis. vt pꝫ in ꝑs. Tu terribilis es: τ q̃s resistet tibi. Vnt⁹ legimus figurã in Apoca. Ecce ego iohẽs vidi thronũ magnũ τ cãdidũ τ sedentẽ super eũ q̃ erat horribilis aspectu a cui⁹ ꝯspectu fugit celũ τ terra. τ erat vestit⁹ veste asꝑsa sãguie. τ vocabat̃ nom̃ ei⁹ nomẽ p̃ris dei τ exercit⁹ celi seq̃bat̃ eũ in eq̃s alb' vestit⁹ bysso albo τ mũdo. τ d̃ ore ei⁹ ꝑcede bat gladi⁹ ex vtraq̃ꝫ ꝑte acutus vt ꝑcutiat gentes. Moralr̃ thron⁹ iste quẽ Iohẽs vidit est thronus iudicialis quẽ dñs ponit in nubibus celi. τ sedens sup eũ iudex xp̃us a cuius ꝯspectu fugit celũ τ terra. quia tunc trement angeli τ homines. Vñ ait ꝑpheta. Si tũc tremet cedrus in alto monte quid faciet cardo in agro? Item si iustus tũc vix saluabitur impi⁹ τ peccator vbi parebũt. Vestitus veste sãguinea: quia fixuras clauo2ũ ibi in corpe oñdet τ sue passiõis vulnerum circũstãtes vt videãt impij in quẽ trãsfixerũt. τ mali xp̃iani q̃ pniam neglexert̃. Et de ore eius ꝑcedet gladi⁹ acutus ex vtraq̃ꝫ ꝑte. i. sñia scindẽs in corpe τ aĩa dicens. Ite maledicti in ignẽ eternũ. In his q̃nq̃ꝫ v̾bis facit q̃nq̃ꝫ ict⁹. Ite scꝫ a societate oĩꝫ electorũ τ a facie mea quã nũq̃ꝫ visuri estis amplius. Maledicti. quia noluistis bñdictiõꝫ. In ignẽ qui nũq̃ꝫ extinguet̃. Eternũ. quia sine fine durabit. tũc pctõ2 bñ põt dicere ꝑmo ad solẽ. O sol vsq̃ꝫ huc mihi illumĩasti. mõ vado ad exteriore a tenebras. Secũdo ad aerem. Vsq̃ꝫ huc habui odorẽ bonũ: mõ vado ad eternũ fetorẽ. Tertio ad terrã. O terra vsq̃ꝫ huc habui diuersa cibaria arbo2ꝫ τ fructuũ: mõ vado ad eternã famẽ. Quarto ad aquã. O aqua vsq̃ꝫ huc me potasti et lauisti: mõ vado ad eternã sitiꝫ. Quinto ad v̾ginem mariã. O maria hucusq̃ꝫ ꝑ me orasti: modo vado ad te nũq̃ꝫ te visur⁹. Sexto ad angelos. O vos angeli hucusq̃ꝫ me custodistis. mõ vado a vr̃a societate ad societatẽ demonum. Septĩo ad electos. O vos electi hucusq̃ꝫ vestras habui intercessiões. mõ vado ad societatẽ damnato2ꝫ. Octauo ad xp̃m. O pie deus q̃ latronẽ in cruce suscepisti penitẽtẽ. hodie recedo a te. q2 pniãꝫ agere nolui: amplius tp̃ua penitẽdi non habebo. iã nullam gratiaꝫ merui. vñ ait Iob ĩ ꝑsona damnato2ꝫ. Clamabis in illo die τ ñ exaudieris. Ideo deus nos ante aduentuꝫ eius ꝑparare admonet vt tũc possimus securi stare cũ electis ante thronũ. Quõ nobis prestare dignetur pater τ filius τ spiritus sanctus.

Sabbato quattuo2 tempo2ꝫ. sermo. v.

Ab principibus sacerdotũ factũ ꝛc. Luc. iij. Nos videmus ĩ naturalibus. ꝙ q̃ñ aliqua res nõ habet in se ĩ quo potest cõtetari recurrit ad aliaꝫ q̃ põt sibi ꝯuenire. sic luna recipit suũ lumẽ a sole. τ sic filius fameslicus ad p̃rem. sicut disci pulus ad suũ magistrũ. Ita beatus iohẽs baptista suã doctrinã recepit a xp̃o sicut luna lumẽ suum a sole. τ sicut filius cibũ a p̃re. τ sicut discipulus doctrinã a suo mgr̃o. iõ sua doctrĩa fuit q̃ pꝫ in hoc euãgelio sequti. Cũ em̃ resgnũ iudeo2ꝫ stabat sub vno rege. tũc stabat in magna pace. s̃ cũ diuideret̃ tũc icepit destrui. q2 oẽ regnũ ĩ se diuisũ desolabit̃. Quõ tñ hoc factũ ẽ describit̃ ꝑ hoc euãgelium. Anno q̃ndecimo imperij Tyberij cesaris romano2ꝫ ꝑcurante pontio pylato iudeam. τ herode tetrarcha q̃ ꝑcurauit τ rexit galileam. τ philippo tetrarcha iturree τ drachonis tidis regiõis. τ lizanis qui fuit ꝑcurator impatoris abilune regiõis. Isti treavicꝫ herodes Philippus Lizanias fuerũt ꝑcuratores istaꝝ triũ regionũ τ oẽs tres vocabantur tetrarche. quia vnusquisq̃ꝫ habebat q̃rtam partem regni. Sed pylatus hierl'm et duo summi sacerdotes: videlicet Annas et Cayphas. Cũ igit̃ isti quattuor principes regnabant. tũc factum est v̾bum dñi super Iohannem filiũ Zacharie in deserto iuxta regionem iordanis per baptismũ penitẽtie in remissionem peccatorum. sicut scriptum est in libro Esaie. xl. Vox clamantis in deserto parate viam domini rectas facite se

mitas eius. Om̄is vallis implebit̄.i.om̄is
humilis exaltabit̄.⁊ om̄is mons ⁊ collis hu
miliabit̄.i.om̄is superbus presumptuosus
humiliabit̄.⁊ erūt praua.i.opera mala ī di=
recta.⁊ aspera penitētie in vias planas di=
uine gratie.⁊ videbit om̄is caro.i.om̄is ho
mo salutare dei nostri.i.aduētū saluatoris.
⁊ sic patet euangeliuȝ. Ad thema. Sub ꝓn
cipibus ⁊c̄. Circa qd̄ verbum est sciendum
ꝙ sicut quatuoꝛ ꝓncipes regebant regnuȝ
filioꝝ israel. ita quatuoꝛ sunt ꝟtutes q̄ de=
bent regere regimē ꝯsciētie nostre. vbi ani
ma est tanꝙ̄ imperatoꝛ. Prima virtus est
iusticia. Secunda est tēperātia. Tertia foꝛ=
titudo. Quarta est prudētia. Prima ꝟtus
in regione nostre consciētie velut princeps
est iusticia: que hoīem habet coꝛrigere quo
ad preterita que sunt cōmissa mala. Opus
iusticie est malefactoꝛē de suis malis coꝛri=
gere. ideo iudices sunt constituti. Cuius fi=
guram legimus Exo.xvij. Cum Amalech
ꝓnceps malus aggressus est filios israel.
Moyses ascendit in montē habens in ma=
nu sua ꝟgam quā cū eleuatā teneret ppl's
israel vincebat. ⁊ quia cum manus Moysi
erāt fesse sustētabant̄ per Aaron. ⁊ sic vince
bat Amalech. Ita moralit̄ ꝑ Amalech ma=
lum ꝓncipeȝ notā dyabolū qui aggreditur
filios israel tam in ꝯsciētia ꝙ̄ in ciuitatibꝰ
cum malis moribus vt soluatur vnitas pa
cis. ꝙ nisi hec genus mala per ꝓncipem coꝛri
gatur plurimos perdit. Unde Cassiodorus
super ps̄. Iniq̄tas moꝛtaliū multos in soci=
etate perturbaret si eā iudicialis coꝛrectio
nō resecaret. Debet igitur Moyses.i.iusti=
cia vel prelatus in montē.i. tribunal iudicꝗ
ascēdere. ꝟgam correctiōis tenere. vt quā=
do culpa exegerit delinquentiū nō doꝛmiat
iusticie disciplina. Igitur iudices vel ꝑla=
ti viri ⁊ prelati debent coꝛrigē mala. Simi=
liter etiam cum homo peccat debet ipa iusti
cia quasi ꝓnceps impatoris aīe coꝛpꝰ coꝛri
gere ne in eternū damnet̄. Un̄ ait apostolꝰ.
i. Coꝝ.xi. Si si nosmetipsos diiudicaremꝰ
vtiq; non iudicaremur a dn̄o. Et sic iusticie
ꝟtus est ꝓmus ꝓnceps in regione anime.
Secundus ꝓnceps est temperantia in cibꝰ
⁊ potibus coꝛpus bene regere ⁊ in diuitijs
nō nimiū excedere. ps̄. Diuitie si affluāt no
lite coꝛ apponere. Nam sex sunt superfluita
tes in quibus temperātia est necessaria. scȝ
honoꝛes. dignitates. diuitiarū copia. delitie
ciboꝝ ⁊ potus. vestimentoꝝ oꝛnatus. sani=
tas coꝛpoꝛis. ⁊ foꝛtitudo viriū. Cuiꝰ figurā
legimꝰ Ezech.ix. vbi dixit dn̄s ad senioꝛes
Accipite arma vestra ⁊ currite per totā ci=
uitateȝ hierl'm ⁊ interficite om̄es a minoꝛi
vsq; ad maioꝛem quos inuenietis. tunc ve=
nit quidam vir lineā veste indutus ⁊ dixit.
Nō percutietꝭ donec ꝯsignē signum thau in
frontibꝰ hoīm gemētiū q̄s nec ledere nec ꝑ
cutere debetꝭ. ⁊ post ꝙ̄ signauit accesserunt
sex viri ⁊ percusserūt oēs ꝓter illos in q̄bus
signū thau inueneꝛt q̄s nō leserūt. Ita moꝛa
liter signū thau ē signū sancte crucꝭ: ⁊ signi=
ficat ꝟtutem tēperātie. Sꝫ viri armati sꝫ isti
sex prenoīati. s. diuitie. honoꝛes. ciboꝝ abū=
dātia. ⁊ potus. crapula. ⁊ vestimētoꝝ oꝛna=
tus q̄ multos ledunt in sancta ecclesia. Sꝫ di=
cit dn̄s indutus veste alba. i. hūana natura
nō occidas eos in q̄ꝝ frontibꝰ inueneꝛis hāc
ꝟtutē tēperātie. ꝟtus tēperātie domat coꝛ
pus. sicut videmus. qꝛ nulla est auicula vel
animal ita indomitū q̄n domesticet̄ ꝑ tem
perantiā. vt patet de accipitre. de niso. ⁊ sic d̄
alijs. que sunt naturaliter indomita. sed vo
lant de hominibꝰ ⁊ capiunt ⁊ reuolāt. ⁊ hoc
facit tꝑantia: ꝙ modicuȝ datur eis de cibo.
ita est de coꝛpoꝛe humano. Nullum enī ani=
mal est ita indomitū sicut homo cum fuerit
iuuenis. sanus. pulcher. ⁊ diues. qui nō pōt
habere temperātiam vt seipm̄ ꝯgnoscat: et
coꝛpus subijciat̄ anime nisi qū hō suo coꝛpo
ri subtrahit cibaria. ⁊ honoꝛes mūdi calcat
⁊ accipit humilitatem. ⁊ vinum modice su=
mit. ⁊ vestimētis temperate vtatur. ⁊ quan
do coꝛpus subijcitur anime. Sic enim prin
ceps temperantia regit in regno conscietie
⁊ sic patet secūduȝ. Tertia virtus qua sꝫ ter=
tius rex in regno conscietie ē foꝛtitudo mē=
tis. De qua virtute dicit Tullius. Immobi
litas est anime contra aduersa huiꝰ mundi
sicut fuerūt sancti. De q̄bus dr̄ Hebreo.xi.
Foꝛtes facti sunt in bello. ⁊ hoc idē Tob.v
dicitur. Foꝛti esto animo in aduersis ne in
ipsis nimium conturberis. Virtus foꝛtitu=
dinis assimilatur leoni. aquile: ⁊ stelle ma=
tutine. Un̄ legimus in quadā hystoꝛia. s. ꝙ
quedam pulchra ꝟgo sedebat in sole ⁊ ceci
dit ante eā pennū habēs aureū splendoꝛem
vel coloꝛem albū ⁊ rubeū ⁊ ipa cōcepit in=
de. que vadēs ad deos querēs quō suū par
tum deberet vocare. Primus dixit leonem
Secūdus dixit vocā aquilam. Tertiꝰ dixit
vocā stellaȝ. Quia leo foꝛtis ē ⁊ om̄ia aia
lia vincit ⁊c̄. ⁊ sic vocabatur filius eius leo

Moraliter ista pulchra puella est aīa deuo-
ta vadēs a tenebris peccōꝝ ad lucē solis iu-
sticie. ⁊ cadit aureū pomū .i. gratia diuina i
eam. ⁊ inde efficitur anima illius hominis
grām dei recipiētis aquila. q2 sicut aqla vo-
lat alte ad solem. sic aīa talis volat alte ad
diuina ɔtemplāda. Etiā efficitur talis aīa
stella matutina. Vñ dicebaꝛ de iusto ꝑncipe
iuda machabeo. Quasi stella matutina in
medio nebule: ita refulsit iste in tēplo dei .i.
in sancta ecclesia. Item talis aīa efficiꝛ for-
tis velut leo q̄ ad nullius pauebit occursum
iō dauid cōmēdat illos duos ꝑncipes .s. saul
et ionathā leonib⁹ fortiores ⁊ aquilis velo-
ciores. ⁊ sic patet tertius ꝑnceps. Quarta ē
prudentia ⁊ hec est quartus ꝑnceps in reg
anime. Nam prudentia est virtus que ha-
bet hominem regere de futuris. Unde Ala-
nus. Preteriti memorem presens dispone
futurum. Prospice: stat tribus sapia fixa co
lumnis. Vñ Sapiēs ꝑmonet nos. O piger
hō vade ad formicā ⁊ disce ab ea prudetiā
nā colligit in estate vñ viuat in hyeme. Si
enī istud paruū aīal cogitat de hyeme adue
niēte. q̄tomagis hō in hac vita dʒ cogitare
vt laboret in bonis opibus vñ viuat in hye
me .i. in futura vita. Hoc monet dñs i euā-
gelio Matth. xxiiij. Orate ne fuga vestra fi
at in hyeme .i. in futura vita. Hanc virtutē
prudentie debemus addiscere a secū do aīa-
li paruo qd est serpens vt ait christ⁹ Mat.
x. Estote prudētes sicut serpētes. Nam ser-
pens ē magne prudētie. Dicit enī Isido. q
qn serpēs q̄ dr coluber sentit se grauatū a ve-
neno ⁊ pellē vult deponere tūc ꝑmo plurib⁹
dieb⁹ se abstinet. Scdo quādā amarā her-
bam comedit. Tertio i aq̄ se balneat. Quar
to foramen petre intrat violenter. ⁊ ibi ve-
terem pellem deponit. Quinto se ad calorem
solis ponit. vt pellem nouam fortificet ⁊ in-
duret. Hūc modū debet peccōr tenere qui se
in peccatis sentit grauatū ⁊ cupit ɔsciētiam
renouare. Iuxta illud aplī Eph. iiij. Reno-
uamini spū mētis vre. Primo dʒ corp⁹ suū
ieiuniis ⁊ disciplinis domare sicut fecit illa
sancta dña iudith. de qua legiꝛ Iudith. viij
Erat iudith ciliciū hñs ad carnem ⁊ ieiu-
nans. Scdo vt serpens dʒ herbā amarā ac
cipere .i. ɔtritionem. Vñ Threñ. ij. velut ma
re ɔtritio tua. Tertio debet ore venenū pec-
catoꝝ pricere p ɔfessionē. vñ ps. Dixi confi
tebor aduersum me iniusticiā meā dño. ⁊ tu re-
misisti impietatē pcti mei. Quarto debet in
aqs lachrymarū aīam suā balneare. Unde
ps. Lauabo p singulas noctes lectū meū.
⁊c. Quinto foramē petre intrare. petra autē
erat christ⁹. q̄ hʒ quinqꝫ foramina in suo cor-
pore suoꝝ quinqꝫ vulnerū. illa debet peccator
penitēs intra .i. in mēte hr̄e. ⁊ ibi antiquam
pellē suoꝝ pctōꝝ relinqre. ad Col. iij. Exui-
te veterē hominē cū actibus suis ⁊ induite
nouū q̄ sm deū creat⁹ est in iusticia ⁊ veri-
tate ⁊ sanctitate. ⁊ tūc pctōr debet se ponere
ad verū solē iusticie vt in illa pelle noua in-
durescat ⁊ in bonis opibus assuescat. sic pa
tet quo ad thema vbi dr. Sub ꝑncipib⁹ ⁊c.
vbi ergo q̄ttuor ꝑncipes in regno ɔsciētie
et anime imperatricis habēt regimē .s. iusti-
cia. temperātia. fortitudo. ⁊ prudētia. Iusti
cia p herode. temperātia p pylato. fortitu-
do p philippo. prudentia p lizania. tunc re-
gnum stat in pace.

Sermonē de natiuitate reqre in fine.

Dñica infra octa. natiuitatis. smo. vi.

Erant āmirantes su
per doctrina ⁊ responsis ei⁹. Luc.
ij. Nos videmus ad oculū q qn
aliqua videntur ⁊ narranꝛ que nunq̄ am-
plius sunt audita vel visa. tunc homines so
lent āmirari sm verbum sapientis. Uidet
oculus. audit auris. āmiratur intellectus.
sed q2 nō oib⁹ credi pōt. Iuxta illud .i. Ioh.
iiij. Nolite oī spiritui credere. Item si perso-
ne digne sunt tunc eo verius credi pōt. Un-
de apls. ij. Timoth. i. Certus sum ⁊ scio cui
credidi. Item si ista postea ꝓprijs ocul' in-
tueri pnt ⁊ manib⁹ tractari. tūc pnt hn̄ dicē
istud qd scriptū est. Manifestū est h negā-
re nō possum⁹. ⁊ hec patēt i euāgelio d puē-
ro iesu videlicet nouitas. magna iā rare.
testimonio approbare. p spm̄ sanctū reuela-
re. ⁊ illa p ꝓphetā annūciare. Erant ioseph
et maria mater iesu mirātes super his que
dicebanꝛ de illo. ⁊ benedixit illis symeon. Ec
ce positus est hic ⁊ datus in ruinam maloꝝ
et non credentiū. ⁊ in resurrectionē multo-
rum in israel. Et erit signū ad qd oēs ɔgre-
gari debent. de q̄ ꝓpheta Esaias. Leuabit
dñs signū ⁊ ɔgregabit dispersos. sed in illo
signo christo quē posuit pater in h mūdo cō
tradiceꝛ per malos iudeos ⁊ malos christia
nos. Et tuā ipsius aīam ptransibit gladius
scʒ doloris. vt reueleꝛ ex multis cordib⁹ co
gitatiōes. q2 multi ꝓphete ꝑdicabāt christū
venturū ⁊ passurū. qd in cordib⁹ eoꝝ p spi-

nus factus vt radius solē. Secūdo descēdit calor ꝛ splendor ō igne. Sic descēdit dei filiꝰ de patre. Unde haymo sup Apocalip. Sicut ignis ꝛ splendor eiꝰ coeua sunt. sic pater et filius coeterni sunt. Unde augu. monet qō nem dicens. Si queritur an fulgor ab igne an ignis a fulgore: oīs rō mihi rūdit. ꝛ nemo dubitat ꝙ splendor de igne existat ꝛ nō ignis a splendore. ꝑponamus ergo ignez velut patrem ꝛ splendorem tanꝙ filium. Unde da mihi ignem sine splendore ꝛ trado tibi patrem sine filio. Tertio ꝓcedit odor de balsamo. Sic descendit vel nascit̃ dei filius de prē. Nam sicut odor balsami fragrat. ꝛ tamen remanet idem cum balsamo. sic dei filius ꝛc̄. Unde pat̃ bene dicit Eccli. xxiiij. In plateis sicut cynamomum ꝛ balsamum aromatizans odorem dedi. Unde dicit in plateis. Nam quasi in platea hodie in cōmuni domo natus est saluator. Quarto procedit virtus de gemma. sic nascitur vl̃ descendit filius a patre. Unde Bernardus ī sermone de verbis dn̄i dicit. Ihūs xp̄s dicitur virtus. quia omnis potestas patris ī ipso consistit. Unde ipē ait Mathei vlti. Data ē mihi omnis potestas in celo ꝛ in terra. Hec virtus nobis a patre descendit in hunc mundum vt nos liberaret. Unde Richardꝰ de trinitate libro. vi. c. xliiij. Ideo missus est dei filius a patre vt homines liberarentur. venit naturalis filius missus a prē vt adoptandos in hereditatem vocaret. Un̄ iubilando ait psal. Redemptionem misit dominus populo suo. misit enim pater filium pro filijs venit filius ꝓ fratribus. factus ē filiꝰ dei filius hominis vt filios hominum filios dei faceret. Hec ille. ¶ Tertio fuit mirabiliter facta ex parte modi nascendi. Nam Maria genuit vltra naturaz eo ꝙ virgo cōcepit. Super rationem eo ꝙ deum genuit Supra consuetudinem eo ꝙ spiritussancti opus erat. Quia vt dicit magister libro. iij. dis. iij. Ex purissimis et sanctissimis sanguinibus virginis accepit ꝛ corpꝰ illud formauit. Dicit enim magister in historijs. ꝙ deus potest facere hominem quattuor modis. s. sine viro ꝛ femina sicut fecit Adam. de viro sine femina sicut fecit Euam. de viro ꝛ femina. sicut ꝓbat cōmunis vsus. de femina sine viro ꝛ homine sicut hodie mirabiliter factū est. Unde Anselmus libro. ij. Cur deus homo? dicit. Congruū nāqꝫ fuit vt deus nasceretur de muliere virgine. quia si virgo erat que fuit causa totius mali humano generi. multo magis debet esse vt virgo sit q̄ esset causa totius boni. Qualiter autem hoc hodie factum est docet historia ecclesiastica p parte. ꝛ historia luce euangeliste. ij. ca. Unde notandū ꝙ completis quinqꝫ milibꝰ annorum. ꝛ. cc. xxviij. annis ab Adam qui erat annorum. d. cccc. et. xxx. Ut dicitur Gen̄. v. Tunc facta est natiuitas domini. Unde cū tempus sancte Marie pariendi instaret. assumpsit Joseph Mariam impregnatam a spiritusancto secum ꝛ duxit eam in bethleem. quod ideo factum est. Nam cesar Augustus qui vniuerso orbi presidebat scilicet Octauianus qui fuit dictus cesar a Julio cesare. ꝛ Augustus ab augendo eo ꝙ rem publicam auxit. Iste igitur Octauianus voluit scire quot prouincie. quot ciuitates. quot ville. quot castra in toto orbe essent. ꝛ quot homines sb̃ suo imperio haberet. Ergo exijt edictum. id est generale mandatum ab ipō Octauiano vt describeretur. i. numeraretur totus populus suo imperio subiectus. Unde hec descriptio prima facta est a Cyrino p̄side syrie qui fuit missus a cesare augusto ad syriam tanꝙ p̄sidens ꝛ iudex. Et nota ꝙ ista dicitur prima descriptio vniuersi orbis ꝛ vniuersalis quia alique particulares precesserant. Nam dauid fecit etiaz populum suum numerari. Unde iuxta mādatum ibant omnes homines ad ciuitates et villas et castra vnde nati erant vt quilibet vnum denariū presidi traderet. ꝛ vt sic certus numerus haberetur. Jō Joseph cū cēt de bethleem ciuitate dauid ascendit de galilea de ciuitate nazareth. et profectus est ī bethleem. Proficiscens autem Joseph in bethleem cum Maria pregnante duxit secū bouē forte vt eū venderet ꝛ censum pro se ꝛ pro Maria solueret. Nam denarius erat argēteus valens decē vsuales. ꝛ sic etiā de residuo viueret. ꝛ vnū asinū vt virgo super eū equitaret. Bos ergo ꝛ asinus miraculose dn̄m cognoscētes flexis genibus ipm̄ in vtero adorabant ꝛ reuerebant̃. Cū igit̃ ambo bethleem venissent ꝛ alij homines q̄ propter predictam cāam venerunt omnia hospitia occupauerūt. Joseph ꝛ maria q₂ pauperes erant hospitium nullo modo habere poterāt. Diuerterūt ergo in cōmuni trāsitu ad vnū diuersoriū habēs operimentuz int̃ duas domus sub quo ciues: vt dicitur in historia scolastica ad colloquēdum vel ad cō

nekendū in diebus ocij se diuertebant. vbi forte Joseph p̄sepe boui ⁊ asino fecerat. Uel sm̄ quosdam Rustici cū ad forū veniebant animalia sua ibi ligabāt. ⁊ iō ibi p̄sepe constructū erat. Et factū ē dum ibi erant īpleti sunt dies Marie pariendi. In ipa media nocte dominice diei Maria virgo peperit filiū suū dilectū dn̄m nr̄m Ihm xp̄m ⁊ pannis eū inuoluit ⁊ sup fenum in p̄sepio posuit. Nota aūt q̄ ibi nulla obstetrix fuit Nam sm̄ textum euangelij Maria per se puerum pannis inuoluit ⁊ reclinauit eū in p̄sepio. Et ratio est. Nam ipa puerum sine dolore peperit et cum maxima leticia in p̄sepio posuit. Unde dicit Augustinus in sermone. Precium est in ea illud elogium infelicitatis Eue de quo dicitur. In tristicia paries filios tuos. quia ista in leticia dominum parturiuit. Eua enī luxit. ista exultauit. ex quibus patet q̄ non indiguit cuiuscūq3 seruitio. Ideo dicit Hieronimus. nulla ibi obstetrix fuit. Nulla sedulitas mulierū. ipa infantem pannis inuoluit. ipa mater et obstetrix fuit. Sequitur q̄ pastores erant in regione illa. sc3 iuxta turrim inter bethleem ⁊ hierusalem vbi Jacob rediens de mesopotamia moratus fuerat cū grege suo. vbi Rachel mortua est ⁊ sepulta. ⁊ dicitur turris gregis. de quo dicitur Mich. iiij. Regnabit dominus sup eos in monte syon ⁊ hoc nūc et vsq3 in eternum. Et tu turris gregis nebulosa filia syon vsq3 ad te veniet. Sed pastores erant vigilantes ⁊ custodientes vigilias noctis sup gregem suum. Mos enī erat gentilib9 vt in vtroq3 solsticio. s. estiuali circa festum Joh. baptiste. ⁊ hyemali circa natiuitatē dn̄i vigilias noctis custodire solebant ob veneratiōnē solis. Et ecce angel9 dn̄i stetit iuxta illos. ⁊ claritas dei circūfulsit illos. Et dixit illis angelus. Nolite timere. Ecce enī euangelizo vobis gaudiū magnum q̄d erit omni populo. quia natus est vobis hodie saluator mundi qui est xp̄s dominus in ciuitate Dauid sc3 bethleem. Et hoc erit vobis signum. Inuenietis infantē pannis inuolutū ⁊ positum in p̄sepio. Et subito facta ē cum angelo multitudo milicie celestis exercitus laudantiū deum ⁊ dicentium. Gloria in excelsis deo. ⁊ in terra pax hominibus bone voluntatis. His auditis ⁊ visis pastores loquebantur adinuicē trāseamus vsq3 bethleem ⁊ videamus hoc v̄bū quod factū est. q̄d fecit dominus ⁊ ostēdit nobis. Et venerunt festinantes ⁊ inuenerūt Mariam ⁊ Joseph ⁊ infantem positum in p̄sepio. Uidentes autem cognouerūt de verbo quod dictum erat eis de puero. Et oēs qui audierant illa de pastoribus admirati sunt. Pastores v̄o reuersi sunt glorificantes ⁊ laudātes deū ī oib9 q̄ audierāt ⁊ viderāt. sic̄ dictū est ad illos. ¶ Scḋo p̄ncipaliter dico q̄ natiuitas domini ostēditur nobis in hoc q2 est multis miraculis p̄bata quod ostēditur tripliciter. Primo per ydolorū destructionē q̄ tūc in ipa hora natiuitatꝭ in pluribus locis ecciderūt. Unde legitur ī hystoria scolastica q̄ Jere. p̄pheta in egyptum descendens post mortem godolie regis egyptijs signum dedit q̄ eorū ydolo caderent quando virgo filiū pareret. Quapropter sacerdotes imaginem virginis puerū in gremio baiulantē in secreto loco templi statuerūt et eā ibi adorauerunt. Sed a ptolomeo rege post hoc interrogati. q̄d hoc sibi vellet: dixerūt. Paterne tradit. oīs esse signū a sancto p̄pheta acceperant maiores eorū. et sic in rebus futurū credebant. Et h̄o etiā fuerat p̄phetatum. Zach. xiij. Et erit ī die illa dicit dominus. Disperdam nomina ydolorum de terra ⁊ non memorabuntur vltra. Et pseudo p̄phetas et spiritum immūdum auferam de terra. ⁊ dicent pater eius ⁊ mater eius genuerunt eum. quod factum est in natiuitate domini. Unde dicit Innocentius terti9. q̄ rome fuit pax duodecim ānis in quibus romani templum pacis pulcerrimum cōstruxerūt. ibiq3 statuā Romuli posuerunt. Cōsulētes autem appollinez q̄ diu durare deberet. respōsum est eis. Donec v̄go peret. Hoc audiētes dixerūt. ḡ ieternū durabit. īpossibile. n. putabāt q̄ v̄go peret vn̄ ī foribus tēpli hūc titulū sculpebant. Tēplum pacis eternum. Sed in ipa nocte dū virgo pepit funditus corruit. ⁊ ibi est mō ecclesia sancte marie noue. Un̄ dicit Osee. x. Ip̄e cōfringet simulacra eorū. quia dicent. nō ē rex nobis. nō enī timemus dn̄m. Ecce quomodo predictum est. q2 ipi verum deū nō adorabant sed ydola. Quod cognoscēs propheta in sp̄usancto dicit. Omnes dij gētium demonia. Idem. Confundantur oēs qui adorant sculptilia ⁊ qui gloriantur in simulacris suis. Adorate eum omnes angeli. sc3 puerum natum. quasi diceret psalmi. Nam ipse est verus deus ⁊ solus adorand9 Unde Esaie. ix. Paruulus enim natus est

nobis τ filius datus ē nobis. τ vocabiť no-
men eius admirabilis. cōsiliarius. deus for-
tis. pater futuri seculi. princeps pacis. Und̓
exemplum huius habetur τ testatur Euse-
bius τ Innocentius. iij. ꝙ Octauianus im
perator vniuerso orbe ditioni romane sub-
iugato tantū senatui placuit vt ipȝ pro deo
colere vellēt. Prudens aūt imperator mor
talem se intelligens nomen īmortalitatis
noluit vsurpare. ideo ad importunam istā-
tiā eorū Sibillā aduocauit scire volēs p ei⁹
oracula si aliquādo in mūdo maior eo na-
sceretur. Cū ergo ī die natiuitatis dn̄i consili
um super hac re cōuocasset τ Sibilla in came
ra oraculis insisteret in die media apparuit
circulus aureus circa solem. τ in medio cir-
culi virgo pulcerrima puerum gestās i gre
mio. Tūc Sibilla cesari hoc ostēdit. Cum
aūt ad predictā visionē cesar multū mira-
retur. audiuit vocem dicētem sibi. Hec est
ara celi. Dixitq̧ ei Sibilla. Hic puer maior
te est. ideo ipm adora. Eadem aūt camera
dedicata est ī honore sancte Marie τ vsq̧
hodie dicitur ara celi. Intelligens aūt ipa-
tor ꝙ hic puer maior eo eēt: de⁹ de cetero vo
cari renuit. Un̄ bene dicitur in psal. Annū-
ciauerūt celi iusticiam eius τ viderūt oēs
populi gloriam eius. Sequiť. Qm̄ tu dn̄s al
tissimus sup oēm terram nimis exaltatus
es sup oēs deos. A Secundo ostendi-
tur per opera miraculorum que multiplicit'
ī ipa nocte natiuitatis facta sūt. Naȝ Sibil
la ꝓphetauit ꝙ quādo erūperet fōs olei sal
uator mūdi nasceretur. Quod totum factum
est ī natiuitate dn̄i. Nam dicit Innocē. iij.
τ Orosius ꝙ rome in ipa nocte natiuitatis
dn̄i fons aque ī liquorē olei est cōuersus et
vsq̧ in tyberim erumpens profluxit. τ tota
illa die largissime emanauit. Item ī hac no
cte sicut dicit Bartholomeus ī sua compila
tiōe vinee engadi que ꝓferūt balsamū flo-
ruerūt ꝓtulerūt fructū τ liquorem dederūt.
Tertio ostēditur per pacis denūciationē.
Nam ī natiuitate xp̄i ira dei fuit sedata. et
ideo oībus hoībus angelorum testimonio
fuit ānūciata vt dicitur Luce. ij. Et facta ē
cum āgelo multitudo τc. Unde legitur ī cro
nicis ꝙ appropinquante die natiuitatis do
mini. Octauianus impator ꝑ mūdum im
publicum fieri p̄cepit. τ oīa debita romanis
dimisit. τ fuit pax vniuersalis in diebus il-
lis. Ideo tres reges eo facilius poterant ve
nire ad christum. Unde dicit Ps. Orietur ī
diebus eius iusticia τ abundantia pac̄. Un
de dicit Glosa Bede. ꝙ tanta fuit tranquil-
litas pacis in toto orbe vt ad litteram vide
retur impletum qd̓ predixit Esa. ij. Confla
bunt gladios suos in vomeres τ lanceas su
as in falces. Non leuabit gens contra gen-
tem gladium. nec exercebuntur vltra ad p̄
lium. B Tertio principaliter dico ꝙ na-
tiuitas christi est nobis vtiliter exhibita. quia
est gaudiosa. Ideo dixit angelus. Euange-
lizo vobis gaudium magnum τc. Circa
qd̓ notandum ꝙ natiuitas domini nostri ie
su christi fuit gaudiosa tripliciter. scȝ in celo
angelicis spiritibus. in mundo cunctis gen-
tibus. in lymbo antiquis patribus. Dico
p̄mo ꝙ natiuitas christi fuit gaudiosa an-
gelicis spiritibus propter reparationem rui-
ne eorum. Ipsi enī sciebant esse ꝓphetatum
Esa. li. Consolabitur dominus syon τ conso
labitur omes ruinas eius. Et ponet desertū
eius quasi delitias. τ solitudinem eius qua-
si ortum domini. Gaudium τ leticia inuenie-
tur i ea. gratiarumactio τ vox laudis. Sy-
on interpretatur speculatio τ significat sup-
nos spiritus qui semper speculantur diuinā
essentiam in qua consistit plenitudo totius
gaudij. Isti hodie indicibiliter cōsolati sūt
ꝙ dei filius verus saluator τ recuperator ce-
lestis gaudij homo natus est. Nam per eius
ruina celestis patrie reformata est. Un̄ ipe
posuit desertum celestis p̄rie q̄si delitias τ so
litudinē eius q̄si ortum dn̄i quādo in huma
na natura redemit genus humanum τ om-
nes fideles ad eternā p̄riam duxit vbi eter-
naliter cum sanctis angelis letabuntur. Un
de dicit Esa. Gaudium τ leticia inuenieť in
ea. qd̓ hodie sumpsit minū cū ipe nat⁹ est i
mūdum. Unde legiť Luc. ij. ꝙ facta est cū
angelo multitudo militie celestis exercitus
τc. Un̄ hec exultatio bn̄ figurať nob̄ primi
Regū. x. ꝙ saule vncto in regem super israel
descēdit cuneus. i. societas ꝓphetarū de excel
so. τ ante eos psalterium τ cythara τ tybia τ
lyra τ ꝓphetabant. Moraliter per societa-
tē ꝓphetarū intelligiť multitudo celest' ex-
ercitus. Un̄ prophete dicuntur videntes. τ be
ne significāt exercitum angelorū: q' semp vi
dent faciez dei patris teste saluatore. Mat.
xviij. Ui hodie cū magno gaudio τ grarum
actione laudabant deū τ descenderunt de ex-
celso celestis regni in ortu christi q̄ hodie vo
catus est in humana natura in regem israel.
Quare pylatus scripsit titulū: Jesus nazare

nus rei iudeoꝝ. Qđ bene figurať nobis in
saul. Nam saul interp̄tatur petitus est. cum
aliqui dixerūt. Mitte quē missurus es ꝛc.
Illo hodie vncto in regē israel. id est. q2 ho
die est natus in hūc mūdū vnī tota celestis cu-
ria gaudet ꝛ gratiarūactiōe deum glorificat
Un Bern. in quodam s̄mone de natiuitate
dñi dicit de gaudio angeloꝝ ꝓpter hodier-
nū festum. Sonuit vox leticie in terra nostra
vox exultationis ꝛ salutis i tabernaculis iu
stoꝝ. Auditum est v̄bum bonū. v̄buz cō-
solatoium. sermo dñi iocunditate plenus.
quia iesus dei filius qui ďr xp̄us in bethlee
nascitur. O breue v̄bum ꝛ salubre. O nati-
uitas illibata. mūdo honorabilis. hominib'
amabilis. angelis delectabilis. ¶ Se-
cūdo dico q natiuitas christi fuit gaudiosa
in mundo cunctis gentibus ꝓpter nouam
illustratiōem. Nam qui fuit inuisibilis fact'
est hodie visibilis illustrādo cecitatez gene-
ris humani. Un dixit angelus Luc. ij. Ecce
euāgelizo vobis gaudium magnum. Unde
Aug' in s̄mone de natiuitate. Temporalis
natiuitas filij dei s̄m carnē ante secula pre-
destinata est. in hoc seculo p̄curata. a ꝓphetis
prenūciata. ab āgelis tripudiata. ab aposto-
lis predicata. patribus ꝓmissa. nobis exhi-
bita: scʒ per nouā illustrationem. Unde dñs
dixit Malachie. iiij. Orietur vobis timenti
bus nomē meum sol iusticie qđ factum est.
Un dixit xp̄s Joh. viij. Ego sum lux mūdi.
Ante aduentum eñ christi fuit totus mūd'
inuolutus cecitate ignorantie. quare destitu
tus est oñi gaudio. s̄ hodie orta ē claritas
sapientie ꝛ leticie ꝛ deleta est cecitas ignorā-
tie. Qđ bene figuratur nobis Tob. v. vbi di
xit Raphael Tobie excecato. Gaudium tibi
sit semper. Qui respōdit. Quale mihi gaudi-
um qui in tenebris sedeo ꝛ lumē celi nō vi-
deo. R̄ndit angelus. In p̄ximo est vt a deo
cureris. Moraliter per Tobiam excecatum
intelligitur genus humanum qđ ꝓpter pctm̄
excecatum est. Juxta illud Sap. ij. Excecas-
uit eos malicia eoꝝ. Istud genus humanum
per ꝓphetas multipliciter est consolatū. Si
cut p3 per Aggeū. ij. Ueniet desideratus cū-
ctis gentibus. ꝛ sic de singulis. Huic huma-
no generi non dicit angelus q in p̄ximo
sit salus sed q sit presens. cum dicit. Annun
cio vobis gaudium magnū. Hoc cōsiderās
Ps. in spūsancto dicit. Lux orta est iusto ꝛ
rectis corde leticia ꝛc. Quare bene impletū
est hodie in veris filijs israel scʒ oñib' xp̄ia
nis illud Hester. viij. Judeis noua lux oriri
visa est. gaudium. honor. ꝛ tripudium apud
oñes ꝛc. Unde in signum huius diuine cla
ritatis s̄m relatiōem aliquorum in ipsa no
cte natiuitatis obscuritas aeris versa est in
claritatez clare diei. Nam in ipsa die natiui
tatis christi tres soles appatuerūt in oriēn-
te qui paulatim in vnum corpus solare re-
dacti sunt. per qđ significatur q natus est il
le in quo sunt tria clara ꝛ lucida scʒ purū cor
pus xp̄i qđ sine oñi macula est. ꝛ ei' scā ꝛ
pulchra anima. ꝛ clara diuinitas q̄ in vnam
psonam cōuenerāt. Et ideo hodie tot' mun
dus ꝓpter claritatem noui luminis oriētis
merito debet gaudē. Unde dicit Hieroñ. in
s̄mone. Si eñ exercitus angeloꝝ cum iocū
ditate decantauit ꝓ fescēnnis quasi loco fes-
cēnnarū. i. tales fescēninas dicebant circa
eū vt quasi dormiret. scʒ glia in excel's deo:
quāto magis nos ꝓ qbus ipse hō factus est
vt per eum recōciliaremur deo patri. igitur
patres gaudeamus ꝛ exultem' ꝛ dicam' glo
riaz deo. q2 venerūt nuptie agni. Un ad hoc
gaudium hortatur nos Leo papa vt supra
Saluator noster dilectissimi hodie nat' est
gaudeamus ꝛc. ¶ Tertio dico q nati
uitas xp̄i fuit gaudiosa antiquis patribus
ꝓpter optatā redēptiōem. Fuit eñ genus
humanū ꝓpter pctm̄ p̄moꝝ parētū a dyabo
lo captū. Unde conqueritur Jerem. Tren. i.
Propter multitudinē iniquitatum eius fc
Ade paruuli eius. i. posteri ducti sunt in ca-
ptiuitatem ante faciē tribulantis. Un clama
uerūt antiqui patres ad deum multipliciter
pro redemptore. Unde Ps. Clamauerunt
ad dñm cum tribularētur. Sequitur. ꝛ libe-
rauit eos. Unde misit v̄bum. i. filium suū q
est v̄buz patris ꝛ sanauit eos. ꝛ eripuit eos
de interitionibus eoꝝ. Initiū huius incepit
hodie qñ v̄bum dei patris. i. filius fact' ho-
mo natus est. Unde ďr in euangelio hodier
no. Joh. i. Verbū caro factū est ꝛ habitabit
in nobis ꝛ vidim' gl'iam eius ꝛc. Et sicut il
la redemptio hodie incepit. ita finita est cū
xp̄us mortem sustinuit ꝛ ad inferos descen-
dit ꝛ sanctos p̄res de lymbo liberauit. Qua-
liter autē hoc factum sit legitur in euāgelio
Nycodemi. Require in sermone pascali. Un
de hoc totum ꝓphetatū fuit Esa. li. Qui re-
dempti sunt a dño reuertent ꝛ venient in sy
on laudantes. ꝛ leticia sem. super ca. eoꝝ.
Gaudium ꝛ exultatiōem obtinebunt ꝛ fugi-
et ab eis dolor ꝛ gemitus. In signuz huius

gaudiose liberatiōis dixit christus discipu-
lis suis. Joh. xvi. Iterū autē videbo vos. s.
post passionē. qua liberabo totū genus hūa-
nū. Sequitur. ⁊ gaudebit cor vestrū ⁊ gau-
dium vestrū nemo tollet a vobis. Unde Leo
papa vt supra. Saluator noster hodie nat⁹
est. gaudeamus ⁊c. Una est enī cōmunis ra-
tio leticie cūctis. quia dñs noster destructor
peccati ⁊ mortis. sicut nullū a reatu liberū
repperit ita liberandis omnibus venit. ergo
⁊c. Hodie nobis celorū rex de virgine nasci di-
gnatus est vt hominē perditū ad regna re-
uocaret. gaudet exercitus angelorū. quia sa-
lus eterna hūano generi apparuit. Hodie no-
bis de celo pax vera descendit. Hodie per to-
tum mūdū melliflui facti sunt celi. Hodie de-
us natus est hō vt hō fieret de⁹. Hodie fact⁹
ē de⁹ filius hoīs vt homo fieret fili⁹ dei. Ho-
die deus descendit de celo vt homo ascenderet
ad celum. Hodie christus deus fact⁹ est mor-
talis vt homo fieret īmortalis. Hodie chri-
stus iesus factus est pauper. vt homo fieret
in regno celorū diues. Hodie christus deus
factus est seruus vt hō fieret celi dñs. Quod
nobis concedat ⁊c.

De sancto Stephano. Sermo. ix.

Stephanus plenus
spūsancto intendēs in celum vi-
dit gloriam dei. Act. vij. Nōte cha-
rissimi. dicit enī sctūs Aug. de eo in orationi-
bus. ꝙ tanta cordis mūdicia vixit adhuc in
terris positus ac tanta luce sanctitatis resplē-
duit vt venerabilis vult⁹ eius angelica puri-
tate fulgeret: ⁊ p̄ p̄sequēs vt suis beatis ocu-
lis in gloria deū videret. Uel sic dicit. n. Dyo.
ꝙ creatura rōnalis est sicut speculum. Natu-
ra autē speculi est ꝙ semp̄ est similis rei ad
quā vertitur. Si vertitur ad terrā simile est ter-
re. Si vertitur ad celum sile est celo. Sic spiri-
tualiter anima est sicut speculū. Si vertitur
ad terrā sil'is est terre īordinate terrena di-
ligēdo. Si vertitur ad celestia sil'is erit celesti-
bus. ita ꝙ nihil aliud cogitat nec diligit nisi
celestia. Sic sanctus stephanus totū cor su-
um vertit ad diligēdum celestia. ideo in ma-
gna necessitate positus intendēs in celū vi-
dit gloriam dei. quare bene dr̄. Stephan⁹ ple-
nus spūsancto ⁊c. Est notandum ꝙ
beatꝰ stephan⁹ fuit plen⁹ spūsctō tripliciter p̄
tres effect⁹ eius quos operatur in eo in quo ē.
Primo docet oēm veritatē ⁊ facit reprehendē
oēm iniusticiam. Unde dicit xp̄s. Joh. xvi.
Cū venerit ille spūs veritatis docebit vos
oēm veritatem. ⁊ cū venerit arguet mūdum
de pctō. In cuius figura dr̄ Act. ij. ꝙ aposto-
li repleti sunt omnes spūsancto. ⁊ ceperunt lo-
qui varijs linguis prout spūssanct⁹ dabat elo-
qui illis scʒ loqui veritatem ⁊ reprehendere i-
iusticiā. Sic sanct⁹ stephanus plen⁹ spūsctō
fecit. Nā ipse docuit fidē catholicam ⁊ repre-
hendit iniusticiā. Unde legitur Act. vi. ꝙ ste-
phan⁹ plenus grā ⁊ fortitudine faciebat p-
digia ⁊ signa magna in pplo. Et multū sa-
pienter p̄dicauit ex instinctu spūsctī. ita ꝙ
nullus poterat sibi resistere. Un̄ sequitur ꝙ
surrexerūt plures de synagoga disputantes
cū eo ⁊ nō poterāt resistere sapie ⁊ spiritui q̄
loquebatur per eū. Un̄ dixit xp̄us Luc. xxi. Ego
dabo vobis os ⁊ sapiam. cui nō poterūt resi-
stere ⁊ cōtradicē omnes aduersarij vr̄i. Et ideo
dixit xp̄s Math. x. Nō enī vos estis qui lo-
quimini s̄ spūs pa. vest. Unde spūssctūs ita
sapiēter fecit eos loqui ꝙ nemo poterat eis
cōtradicere. ⁊ confortauit eos ꝙ neminem
timebāt s̄ audacter iniusticiā arguebāt. vn̄
dr̄ Act. vi. ꝙ ipse cum omni fiducia arguebat
eos multipliciter. Ipse etiā xp̄s arguebat vt
legitur alibi p̄ncipes iudeorū tanꝙ infideles:
⁊ homicidas xp̄i: ⁊ successores eorū qui occi-
derūt iustos ⁊ pphetas. sicut Zachariā fili-
um Joiade quē occiderūt inter templum ⁊
altare. Et hoc ea de causa. Erat enī in hieru-
salem vir⁹ locus deputatus solū virginibus
tpe orōnis vel diuini officij. quē locū dene-
gauerunt beate virgini Marie. propterea:
quia dixerunt ꝙ non peperisset virgo. Et q:
Zacharias hoc increpabat asserens virgi-
nem Mariā illius loci super omnes virgines
esse dignissimā. quia ante partū: in partu: ⁊
post partū p̄mansisset virgo. ideo fuit occisus
a iudeis inter templum ⁊ altare. Etiā plu-
res alios ante illud tempus scʒ Jeremiam
Amos ⁊c. iniuste occiderūt. propter quod san-
ctus Stephanus viriliter eos arguit dicēs
vt habetur Act. vij. Dura ceruice ⁊ incircūcisi
cordibus ⁊ auribus vos semper spiritui sctō
restitistis: sicut ⁊ patres vestri. Quem enim
pphetarū nō sunt persecuti p̄res vestri. ⁊ occi-
derūt eos qui p̄nunciabāt de aduentu iusti.
Cuius vos nunc proditores ⁊ homicide fuist⁹.
Et sic patet quod ex instinctu spiritussancti
ita sapienter docuit veritatem ⁊ viriliter ar-
guit iniusticiam. Unde dicit Bern̄. in sermo-
ne penthecostes. Ad faciendum spiritussan-

ctus mouet memoriā: docet intelligētiā: et
mouet voluntatē ad faciendum p̄dicta. vñ
Greg. in sermone. Qui huius mūdi ptātib⁹
contraire non presumerent nisi eos spūssan
cti fortitudo solidasset. Unde ipe bene dici-
tur Stephanus quasi strenue fans. id ē lo-
quens. Nam ipe se audacter p̄dicauit veri-
tatem ⁊ arguebat iniusticiam F Secū
do spūssanctus inflāmat cor illi⁹ in quo est
vt deum summe diligat ⁊ ꝓpter eius amo-
rem omnia mala etiam mortem sustineat.
Unū ad ro. v. Caritas dei diffusa ē in cordib⁹
nostris p inhabitantē spūmsctm̄ qui datus
est nobis. Ipa em̄ caritas spūssancti facit
ꝓpter xp̄m oia aduersa viriliter sustinere.
Un in signum huius dicit Actu. v. q postq̄
apl'i receperunt spūmsctm̄ ibant gaudentes
a conspectu concilij ⁊c. Unde dixit Paulus
Act. xxi. Ego em̄ non solum alligari. sed eti-
am mori paratus sum pro nomine ihu xp̄i.
Et Roma. viij. Quis potest nos separe a ca
ritate xp̄i ⁊c. Et rōnem assignat aia deuota
Can. viij. dicens. Nam fortis est vt mors di
lectio. Certe hanc caritatem spūssancti ha-
buit sanctus Stephanus ⁊ fortitudinez su-
stinendi. ideo dicitur Actuū. vi. Stephanus
plenus gratia ⁊ fortitudine. Sed ista forti-
tudo non est corporalis sed spūalis ⁊ men-
talis que ita ꝓpter deū oia suffert. Unde di
cit macrobius. Fortitudinis est animū sup̄
metū periculi agere. nihilq3 nisi turpia time-
re: fortit' tolerare aduersa velut ꝓspera. hāc
fortitudinē mētalē habuit s. Stephanus.
qui nihil aduersitatis timebat. nisi pecca-
ta ⁊ vitia quibus fortiter resistebat. ⁊ patiē
ter tormenta propter xp̄m tolerauit. Unde
canit eccl'ia. Impij sup̄ iustum iacturam fe
cerunt vt eū morti traderēt. At ille gaudēs
suscepit lapides vt mereret accipere coro-
nam glorie. Unde dicitur Jacobi. i. Beatus
vir qui suffert tēptatōez ⁊c. Qualiter autez
sanctus Stephanus p xp̄o passus est legit
Act. vi. ⁊ vij. Cum em̄ iudei vidētes q nō
poterant eū vincere disputando ꝓpter spūm
sanctū qui loquebatur tūc submiserunt fal-
sos testes qui dicerent se audisse eū dicētez
v̄ba blasphemie in moysen ⁊ in deum. Cō-
mouerunt itaq3 plebē et seniores ⁊ scribas
⁊ currentes rapuerunt eum ⁊ adduxerunt
eum in cōcilium statuerūt falsos testes dicē
tes. Homo iste non cessat loqui aduersus le
gē. audiuim⁹ em̄ eū dicētē. qm̄ ihs nazare-
nus hic destruet locū istū ⁊ mutabit traditi-
ones q̄s tradidit nob moyses. Et intuētes
eū oēs q sedebāt i. cōcilio videbāt faciē ei⁹
tāq̄ faciē angeli. Dixit aūt p̄nceps sacerdo
tū. Si h ita se haberēt. Qui ait. Uiri fr̄es et
p̄res audite. ⁊ recitauit plura ex veteri testa
mento. vt habet Act. vij. p totū. Audiētes
aūt hec dissecabant in cordibus suis ⁊ stri-
debant dentibus in eum. Cuz aūt eēt Ste-
phanus plenus spūsctō intendens in celuz
q. d. Dñe iam video seuiciam iudeoꝝ ꝯfor-
ta me vt possim vincere. qui exaudiuit eum
vt ꝓmisit p psal. dicentem. Cum ipo sum in
tribulatione eripiam eū ⁊ glorificabo eum.
B Unde in illa hora fecit sibi deus q̄nq3
q̄bus confortauit eum vt vinceret qd̄ fuit
multū necessariū. q2 prim⁹ martyr p⁹ xp̄z:
q̄ etiam nobis sunt necessaria sciri. Nam di
cit Aug. in sermōe. Necessariū ē nobis fra-
tres kmi agnoscere q̄bus armis precinctus
Stephanus seuiciaz iudeoꝝ potuit supare
vt ita meruisset feliciter triūphare. Nam si-
cut miles non potest vinci sed fortiter dimi
cat qn̄ habet grande exemplum sc3 qn̄ vi-
det regem fortiter dimicantem ante se. Aut
qn̄ hz grāde spectaculū. q2 scit totā ciuitatē
ipm cōsiderantē ⁊ expectantē. Aut qn̄ hab3
grande premiuz si vicerit. Aut quādo hab3
grande auxiliū. quia scit pugilē fortissimuz
in sui adiutoriū ꝓparatū. Aut quādo videt
tutū refugiū ad quecūq3 vult potest fugere
⁊ si tutus ē ille bene fortit' dimicat ⁊ nō pōt
vinci. Ista quinq3 habuit Stephanus i suo
certamine. iō non potuit vinci. sed viriliter
dimicauit. Unde ⁊ dicit Act. vij. Cum esset
Stephanus plenus spūsctō intendens i ce
lum vidit gloriam dei. ⁊ Jesum stantem a
dex. virtutis dei et ait. Ecce video celos ap-
tos ⁊ filium hominis stantem a dextris vir
tutis dei. Ubi ipe ondit q illa quinq3 habu
it. Primo enim habuit grande exemplum
quando vidit regem Jesuz xp̄m qui ita for
titer dimicauit in suo certamine. s. in passio
ne. Unde dicitur: Intendens in celum vi-
dit Jesum a dextris dei ꝓpter quod fuit cō
fortatus q vinci non potuit sed fortiter di
micauit. Unde dicit glosa. ne deficeret hō la
pidādus in terra. deus homo crucifixus ap
paret in gloria. Unde de hoc exemplo dic
beatus Petrus. i. Pet. ij. Charissimi xp̄s
passus est p nobis. vobis relinquēs exem-
plum vt sequamini vestigia eius. Secūdo
habuit grande spectaculum qn̄ vidit celos
apertos ⁊ totam celestem curiam ipsuz cō-

siderantem in suo certamine et expectantes. Tertio habuit grāde premiū qm̄ vidit gloriā dei que est premiū sctōꝝ. sicut ipse dicit Geñ. xv. Ego protector tuus sum et merces tua magna nimis. Unde Augu. Tota merces electorum est visio beotifica. ideo fortit dimicauit. Unde Grego. Consideratio premij minuit vim flagelli. Quarto habuit grāde auxiliū. quia vidit Jesum stantem et sui adiutorium preparatū. Ideo vidit eū stantem non sedentē. nam stare vt dicit glosa recte est pugnantis. Unde dicit Augu. in sermone hodierno. Hoc munimine regio septus nullatenus ē ab aduersario superatus. vñ potuit dicere illud ps. Auxiliū meū a dño q̄ fecit celū et terrā. Quinto habuit grāde et forte refugiū i ipm celū. iō dixit. Ecce video celos aptos: ad qd celū introiuit. Uñ canit ecclesia. Stephanus vidit celos aptos vidit et introiuit. btūs hō cui celi patebunt. Ista sunt arma qbus Stephanus vincebat. Uñ Aug. in sermone hodierno. Miles de tabernaculo corpis exiens triūphator migrauit ad celos. ¶ Sequit qꝙ postq̄ Stephanus p̄dicta dixisset. Exclamātes voce magna cōtinuerunt aures suas et impetū fecerunt vnanimiter in eum. Et eijcientes eum extra ciuitatē lapidabāt. Et testes deposuerunt vestimenta sua secus pedes adolescentis q̄ vocabat saulus. et lapidauerunt Stephanum inuocantem et dicentem. Dñe Jesu accipe spm̄ meū. Positis aūt genib' clamauit voce magna dicens. Dñe iesu ne statuas illis hoc pctm̄. et cū h' dixisset obdormiuit in dño. Facta ē aūt lapidatio eo anno quo dñs ascēdit in p'mo mense augusto tertia die intrāte. Sanct' vero Gamaliel et Nicodemus qui erant p xp̄ianis in oībus consilijs iudeoꝝ sepelierunt eū in agro ipi' Gamalielis. et fecerūt planctum magnum sup eum. Et facta est magna persecutio xp̄ianorum qui erant in hierusalem: q2 occiso Stephano vno de p̄ncipalibus quos apl'i elegerant pro ministerio dei iudei alios xp̄ianos ceperunt grauiter persequi intantū vt omnes xp̄iani p̄ter apostolos qui erant fortiores ceteris p totam p̄uinciam iudeoꝝ sūt dispsi. sicut dñs p̄cepit. Si psecuti vos fuerint in vna ciuitate fugite in aliam. Et sic patet quō sanctus Stephanus plenus spiritusancto in vera charitate qua inflāmauit spūssanctus cor eius mortuus est p xp̄o et fortiter dimicauit contra iudeos et vincebat. Unde conuenienter potest dicere cū xp̄o illud Joh. xv. Maiorem charitatem nemo habet et c. Uñ dicit Aug. in sermone. Charitas q̄ precessit in rege ipa subsequenter effulsit in milite. Unde bene figurat nobis in ruben de quo dicitur Geñ. xlix. Ruben p'mogenitus meus. principium doloris mei. prior in donis maior in imperio. Ruben interpretatur videns deum. et bene significat sanctum Stephanum qui in suis angustijs vidit filium dei in gloria patris cum dixit. Ecce video celos aptos et c. Sicut enim ruben habuit tria priuilegia pre ceteris: sic etiam sanctus Stephanus. ¶ Primo ruben habuit priuilegium primogeniti. ideo dicitur Ruben primogenitus meus. Sic sanctus Stephanus habuit illud priuilegiū qꝙ inter xp̄i electos post ascensionem domini fuit p'mo in celo natus. Unde Augustinus in sermone. Fratres charissimi hesterno die celebrauimus temporalē regis nostri natalem. hodie celebramus militis passionem triūphalem. Heri christus est pro nobis pannis inuolutus. hodie Stephanus ab eo est stola īmortalitatis indutus. Heri presepis angustia christum portauit infantem. hodie immensitas celi suscepit Stephanum triumphantem. Ideo bene nominatur a christo primogenitus meus. Unde dicitur Stephanus pthomartyr. id est primus martyr. Et ideo propter suū martyriū quo mortuus ē mundo. natus est in celo. Unde Aug. in sermone. Natus est christus in terris vt Stephanus nasceret in celis. Ideo obitus sanctoꝝ nō mors sed natale vocat. Unde dicitur Act. vij. qꝙ dixit. dñe iħu xp̄e suscipe spiritū meū. hoc ē qꝙ intrauit gl'iam dei et nat' est in celo. Unde legit de sancto Ambro. Require ante in sermone de sctō ambro. Unde Coll. iij. Mortui em̄ estis. sc3 mundo et vita vestra abscondita est cum christo in deo. sc3 i q̄ et cū q̄ viuitis eternaliter in gloria. Exēplum de sctā Agnete. Require in sermone agnetis. Unde hoc figuratur nobis Apoc. xxi. qꝙ iohannes dixit. Ego iohannes vidi ciuitatem sanctam hierusalem nouam descendentem de celo a deo paratam. sicut sponsam ornatam viro suo. et audiui vocem magnam de throno dicentem. Ecce tabernaculum dei cum hominibus et habitabit cum eis. scilicet ipse deus. Et obsterget omnem lachrymam ab oculis eorū et mors vltra non erit. et c. Hoc cognouit sa

piens in spũsancto cum dicit Prouer. xiiij. Sperat iustus in morte sua. quasi diceret ꝓpter predicta. Unde Bern. in epistola dicit. Bona mors iusti ꝓpter requiem. melior ꝓpter nouitatem. optima ꝑpt securitatē. Un Apoc. xiiij. Audiui vocē de celo dicētem mihi scribe. beati mortui q̄ in domino moriunt Amodo iam dicit spũs vt requi. a lab. suis. K Secundo ruben habuit ꝓuilegium ꝙ fuit ꝓncipium doloris. ideo dr̃ Ruben ꝓncipium doloris mei. i. ꝓm⁹ qui fuit simil' christo in passione fm aliquas conditiões. Naz dicit glosa. Xp̃us extra portam passꝰ. Stephanus extra ciuitatem lapidatur. Ideo dicitur. Eiicientes enim extra ciuitatem lapidabant. Christus sit tanq̄ filius. Pater in manus tuas commēdo spm̃ meuz. Stephanus tanq̄ seruus dixit. Domine ne statuas id est reputes illis hoc peccatuz. Unde sicut ꝓpter predicatiōem Petri fuerūt octo milia hominū cōuersi qui fuerūt infideles. vt habet' Act. ij. & iiij. Sic ꝓpter orōnem Stephani fuerunt etiam aliqui conuersi. Uñ dicit Aug⁹. in sermone. Ipsa sancta charitas que erat in stephano des'derauit orādo acq̄rere quos nequiuit moriendo conuertē. nā ipse vt supra dictum est cum om̄i fiducia arguebat eos. & libenter eos conuertisset. qui tamen in sua malicia perdurabant ac eū lapidabant ꝓ quibus tamen ip̃e non cessauit orare. Unde Aug⁹. in sermone. per charitatem dei arguebat errantes vt corrigerētur. ꝑ charitatem ꝓ lapidantib⁹ orabat ne punirent'. Unde ꝑpt orōnem sancti Stephani fm doctores sctũs Paulus fuit ꝯuersus Ipse em̃ specialiter ꝓ eo dñz rogauit ꝙuis fuerat nimis seuiēs & crudelis in lapidatione eius. Sed hoc ideo. Nam dicunt doctores ꝙ quādocūq3 in antiqua lege puta moysaica inueniebantur pueri pre aliis subtilioris ingenij illi specialiter reseruabantur vni iudeo nomīe Gamaliel qui illos in lege moysaica instrueret. Modo Stephanus & paulus fuerunt assignati huic gamalieli. q3 fuerunt ingeniosi. & sic fuerūt facti socij in synagoga. Stephanus autem multū profecit in lege siue in fide catholica. & a quocūq3 poterat informari sollert' audiuit & retinuit. paulus vero in lege iudaica. Et ideo Stephanus fuit exosus a paulo. quapꝓpter cū Stephanus lapidaret' saulus quia iuuenis erat non habens potestatem proijciendi in sanctū Stephanū, omniū lapidantiū vestes seruauit. vt sic mortis sue causa fieret. Sed Stephanus plen⁹ spũsancto gratia & charitate memor societatis singulariter dominū pro Saulo exorauit & exauditus est. Unde Aug⁹. in s̃mone. Saulum crudeliter seuientem quē habuit in terra persecutorē in celo meruit habere consortē. sequit'. Coniunct⁹ est itaq3 saulus stephano & fact⁹ est agnus ex lupo. Ecce nūc paul⁹ cū stephano regnat & exultat adiutus orationibus stephani. Ecce quō oratio stephani fuit vtilis Saulo ꝙ sic ꝓpter suā orōnē fuit cōuersus cū tamen fuit maxim⁹ ꝑsecutor xp̃ianoꝝ. Unde dicit Aug⁹. Si stephan⁹ nō orasset hodie ecclesia Paulū non h̃ret. Et ideo mgr̃ libro. ij. dist. xxxvi. Ideo monemur orare pro inimicis nostris nolentibus pie viuere vt deus operet' in eis velle. L Tertio Ruben habuit priuilegium primogeniti. id est duplicem substantiā. Ideo dr̃ ꝓor in donis. maior in imperio. Sic sanctus Stephanus habuit priuilegium ꝙ fuit ꝓmus inter om̄es martyres celestibus donis ditatus. Unde canit ecclesia. Quā saluator vr̃ dignatus est ꝓ om̄ib⁹ pati hanc mortem ꝓmus ille reddidit saluatori. ideo triumphat in celis coronatus. Uñ bene dr̃ stephanus. i. coronatus. Nam Stephanus grece dicitur latine corona quā meruit ꝑ passionē suam. Unde Aug⁹. in sermone. Stephan⁹ vt meruisset nōis sui coronaz accipe charitatē ꝓ armis habebat & ꝑ ipaz vbiq3 vincebat. Unde notādū ꝙ triplici corona stephanus in celo ē coronat⁹. Primo habet coronā roseam inquātuz fuit martyr Hanc coronam promisit dñs Apoc. ij. dicēs Esto fidelis vsq3 ad mortem & dabo tibi coronam vite. Illā coronaz recepit hodie sanctus Stephanus propter suum martyrium Unde Aug. in sermone. Heri rex noster trabea carnis indutus de aula vteri virginalis egrediens. Hodie miles de tabernaculo corporis exiens ascendit ad celos sanguine coronatus. Secundo habet coronam gemmatam inquātum fuit purus & sanctus. Unde dicit de eo Ansel. in orationibus Stephan⁹ adhuc in terris positus tanta luce sanctitatis resplenduit. vt venerabilis vultus eius angelica dignitate fulgeret. Unde dicitur Act. vi. Et intuentes eum om̄es q̄ sedebāt in cōcilio viderūt faciē eius tanq̄ faciē āgeli stantis inter illos. ideo coronatus ē corona gēmata. Nā sicut lapis preciosus habet claritatē, sic stephanus ꝑpt purā vitam habu

it angelicū vultū. Unde ps. Posuisti domi
ne sup caput ei⁹ coronā ⁊c. Tertio hʒ coro-
nam auream inquātum fuit plenus diuina
claritate que omīa opata est in eo. nam sicʒ
aurum est ductile sic sanctus Stephan⁹ fu-
it ductilis in omnibus aduersitatib⁹ ⁊ in nul
lo resistebat. Unde Aug⁹ in smo. Charitas
in Stephano supauit seuiciam iudeoꝝ. ideo
meruit possidere regnum celoꝝ. Unde Eccꝗ.
xlv. Corona aurea sup mitrā eius expressa
signo sanctitatꝭ. gloria honoris. ⁊ opus ꝟtu
tis ⁊c. Quare merito dr̄ Stephanus. i. coro
natus. M Tertio spūssanctus operatꝰ
miracula p illum in quo est. Unde dr̄ Luce
vltꝗ. Q xp̄s pmisit discipulis suis spm̄sctm̄
ad faciēdum miracula dicens. Uos inqt se-
dete in ciuitate donec induamini ꝟtute ex al
to. i. spūsancto. vnde tantā ꝟtute in spūssan
ctus eis infudit q poterant infirmos cura-
re. mortuos suscitare. ⁊ plura alia. Jō dixit
xp̄us Joh. xiiij. Qui credit in me. opa q̄ ego
facio ⁊ ipse faciet. Certe sic fuit sctūs stepha
nus plenus spūsancto vt faceret miracula.
Unde dr̄ Actꝗ. vi. Stephan⁹ aūt plenus grā
⁊ fortitudine faciebat signa ⁊ prodigia ma-
gna in populo. Unde primo sanabat infir-
mos. Nam Aug⁹. refert in lib. de ciuita. dei.
Q q̄dam matrona cuʒ diu infirmitatē gra
uissimā pateretꝰ ⁊ mlt̄a adhiberet remedia
q̄bus tamē nō sanabatꝰ tandē quēdam iude
um ꝯsuluit qui ei ānulum cū quodā lapide
tribuit vt eum cū zona ad collum cingeret.
vt ex ꝟtute illius lapidis sanitatē reciperet
Cum aūt hoc sibi nihil valere ꝯspiceret tūc
ad ecclīam sancti Stephani pperauit ⁊ pro
sua salute eum rogauit. Tunc subito ānul⁹
cum zona in terrā resilijt ⁊ perfectā sanitatē
recepit. Jdē refert Aug⁹. Q flores sup alta
re sancti Stephani ponebantꝰ ⁊ inde ablati
super infirmos ponebantꝰ ⁊ statim curaban-
tur. Jpsi etiā flores vt refert Aug⁹. vt supra
de altari sancti stephani sumpti cuiusdā mu
lieris cece sunt oculis impositi ⁊ illa cōtinuo
lumē recepit. Refert ergo in eodem libro q
cum vir q̄dam pmarius ciuitatꝗ noīe Mar-
cialis infidelis esset ⁊ nequaq̄ cōuerti vel-
let: cū tamē plurimū egrotaret gener suus
fidelis ad ecclesiam sancti Stephani venit:
⁊ de floribus ipsius qui sup altare erant acci
piens ad caput soceri ipos flores latentꝰ po
suit. Sup quos cum ille obdormiuisset pri-
mus ante diluculum clamauit vt ad episco-
puʒ mitteretꝰ. Cū aūt epūs abesset sacerdos

ad eum venit ⁊ ipm̄ eum se credē dicēt ba-
ptizauit. hic q̄diu vixit semp in ore habuit
ꝟbuʒ. iesu accipe spm̄ meū. cum tn̄ hec ꝟba
vltima fuisse sancti stephani, nesciret. Jdeʒ
refert Aug⁹. q erat q̄dam nobilis matrona
apud cesareā q̄ habuit decem pueros q̄rum
septem mares ⁊ tres femine fuisse perhibē-
tur. Quadā aūt vice duʒ mater ab eis offen
ditꝰ ipa pueris maledictiōem imp̄catꝰ ita q
pueri tremorē mēbroꝝ incurrerūt. q̄ suoruʒ
ciuiū oculos nō ferētes p totum mūdū va-
gari ceperūt. Quoꝝ duo frater ⁊ soror ypon
am venerūt ⁊ ecclīam sancti Stephani in-
trauerunt ⁊ ante altare sancti Stephani se
in oratiōibus ꝓstrauerūt ⁊ pfectā sanitatē
receperūt. q̄ ibidē sancto epō Aug. omnia p
ordinē narrauerūt. Secūdo fecit miracla q
mortuos resuscitauit. Unde refert Aug⁹. Q
cum q̄dam mulier esset mortua hoīes tuni-
cam illius in ecclesiā sancti Stephani porta
uerūt ⁊ super altare posuerūt. ⁊ postea posue
rūt super corpus defuncte que ꝓtinus sana
surrexit. Et dicit Aug⁹. btm̄ stephanū innu
meris miraculis claruisse ⁊ sex mortuos su-
scitasse. Tertio facta sunt p eum ⁊ ꝓpt eum
diuersa miracula. Nam angeli super euʒ cā-
tauerūt. demones clamauerūt. mortui cū in
reuerētia habuerunt. Unde legitꝰ q Alexā-
der senator cū vxore hierusalem adijt. ⁊ san
cto Stephano ibidē oratoriuʒ construxit. ⁊
post obitum suū se iuxta corpus stephani se-
peliri iussit. Euolutis igitꝰ septem annis Ju
liana vxor eius volens in patriā redire cor
pus viri sui voluit secum deferre ⁊ ignora-
bat quis esset loculus viri sui vel sancti ste-
phani ⁊ amplexata est corpus sancti stepha
ni. Sic dum corpus viri sui putauit accipe-
re casu corpus sancti stephani accepit. Cuʒ
aūt nauem cū corpe conscendisset vt ꝯstan
tinopolim transfretaret hymni angelici au-
diūtur. ⁊ demones clamabāt in aere. seruus
dei venit q̄ lapidatus ē ab impijs iudeis ⁊
suscitauerūt tempestates q naute naufragi
um nimis timerēt. Stephano inuocato cō-
tinuo apparuit eis dicēs. Ego sum nolite ti
mere. Statim trāquillitas facta est. Post-
modū vero cum de constātinopoli romā du
ceretꝰ vt iuxta sctm̄ Laurentiū sepeliretꝰ vox
angelica in aere audita est dicēs. O felix ro
ma que corpus Laurētij hispani: ⁊ corpus
stephani hierosolymitani tā gloriosa pigra
vno claudis mausoleo. Et cum volebāt eū
in vna alia ecclesia tumulare demon q̄ ꝓptꝰ

aduētū sancti Stephani de filia Theodosij exiuit. sicut legitur q demon per filiam Theodosij clamauit dicens. Nisi stephanus romā venerit nō exibo. & sic aduenīete stephano exiuit. Unde cum in alia ecclesia vellent eum sepelire clamauit demon dicēs. Frustra laboratis. qz nō hic s apud fratrē suum laurētium sedem elegit. Et cum sepulchrū sancti laurētij fuit apertum. mox laurētius i latus se vtit & medium sepulchrū sancto Stephano reliqt. Et sic patet. ergo &c.

De sancto Johanne. Sermo. x.

Hic est discipul⁹ quē diligebat iesus Joh. vlt. Notate cha issimi dicit Arist. q amicicia est beniuolētia mutua. Cum igr sctūs Johānes xpm intime dilexit. ideo eum ips econtra dilexit. quare bene dr. hic est discip. &c. Uel sic dicit Ysidor⁹ de summo bono. lib. iij. c. xxviij. Qz amicicia est animoꝝ societas Cum igitur Johānes in vā charitate animi fuit christo cōiunctus & xpus sibi in amicabili familiaritate. ideo bn dicit. hic est discipul⁹ &c. In qbus vbis duo notātur. Primū est singularis familiaritas sancti Johānis circa xpm cum dr. hic est discipulus. Secundū est diuinalis amicabilitas cum ↄcluditur. quem dilige. iesus. ¶ Dico pmo q notatur singularis familiaritas iohānis ad xpm. qd ostenditur tripliciter. Primo ex ↄsanguinitate. Secūdo ex puritate. Tertio ex sincera charitate. Dico pmo q singularis familiaritas Johānis ad xpum ostendit ex ↄsanguinitate. Solēt ↄsanguinei int se naturaliter habere mutuā familiaritatē. qz naturalis inclinatio inducit ad hoc. Sic sanct⁹ Johānes merito habuit familiaritatem ad xpm ppt ↄsanguinitatē. Nam dr q fuit ppagat⁹ de inclyta radice yesse. sicut xpus ex pte sctē Anne ex q pcesserunt tres pciosissimi rami. qa ipsa genuit tres marias. Anna em habuit tres viros. Require in natiuitate Marie. Unde de sctā Anna bn dicitur illud Math. vij. Omis arbor bona fruct⁹ bonos facit. qa omes isti fuerūt sancti & ↄsanguinei xpi. Un dicē possunt illud Actu. xvij. Sicut apls dixit. Ipius em gen⁹ sum⁹. Et ideo sanctus Johānes ppter istā ↄsanguinitatem citius adhesit xpo q ceteri apostoli. & fuit ei familiaris. Petrus em & Andreas fuerunt in etate maiori q Johānes qn vocati fuerūt a christo. Sed Johānes i etate florida reliquit mūdum & sequebat christum. etiaz in aduersitatibus. Unde dicitur Marci. xiiij. q tempore passionis discipuli relinquētes eum omes fugerūt. Adolescēs aūt quidam sequebatur eum. Ecce quō in etate florida i qua difficillimū est relinquere mūdū eo q tc marie vigēt passiōes. Un Thren. iij. Bonum erit viro cum portauerit iugum ab adolescentia sua. Unde Johānes bn potest dicere ad christū illud .i. Reg. xiiij. qd dixit adolescens ad Jonathā. Fac omia que placent animo tuo. Perge quo cupis & ero tecum vbicunqz volueris. Unde dicitur Math. iiij. Qz iesus ambulans iuxta mare galilee vidit duos fratres Jacobū zebedei & Johem fratrem eius in naui cuz zebedeo patre eoꝝ & vocauit eos. Illi autē statim relictis rhetibus & patre secuti sunt eum. ¶ Secundo dico q singularis familiaritas iohānis ad xpm ostenditur ex puritate. Nam ipsa puritas & vginitas est multum familiaris Christo. Unde dr Apoc. xiiij. Uirgines em sunt & sequūtur agnū quocūqz ierit. Et rōnem assignat Bern. dicēs. Diuina sapientia est candor lucis eterne. & cādidam oportet esse animā in qua sedem elegerit. Certe hanc puritatem habuit sctūs Johānes. nāz purus vgo fuit. Unde dicit Greg⁹. q specialis prerogatiua castitatis fecerat euz dignū q ipse vgo electus est a christo & vgo i eum permansit. Et est notandum q in veteri testamēto fuerūt tres cōmēdati ppter virginitatez & puritatez. Primus fuit Abel quē occidit chayn frater suus. Istius virginitas cōmēdatur quia in etate florida obseruata: & cum esset iuuenis in pncipio mūdi. Secūdus fuit Jeremias qui fuit in vtero sanctificatus & postea a corruptōe seruatus. Et istius vginitas cōmendatur quia diuinit⁹ ordinata. dicēte ei dño. Jere. xvi. Non accipies vxorem & nō erunt tibi filij & filie. Terti⁹ fuit Daniel qui fuit ab infantia continētissimus. Et isti⁹ vginitas fuit cōmēdata. quia fuit diuinis reuelationibus munita. eo q ei datum fuerit intelligere omia genera visionū. Itē tribus modis fuit cōmendata vginitas scti Johis. Nā pmo cōmēdat quia in etate florida obseruata est. Secūdo cōmendat. qz sic Jeremias a deo fuit a corruptiōe seruat⁹: ita iohes. Nā q nis fuerat in matrimonio despōsat⁹. & cui⁹ nuptie credūt fuisse

D

in qbus dñs aquā in vinū mutauit. ⁊ spon-
sam ibi fuisse mariā magdalenā. Igit xp̄s
de quo nunq̄ alibi legit̄ interfuisse nuptijs:
vocauit eū a nuptijs ⁊ nō p̄misit eum in nu-
ptijs p̄manere. Et sic maria fuit cōuersa q̄ñ
sponsus fuit sibi ablat⁹. Vñ Hiero. sup Joh.
in p̄logo dicit q̄ postq̄ iohēs a xp̄o fuit vo-
cat⁹ ⁊ in m̄rimonio desponsat⁹. tñ de illis nu-
ptijs a xp̄o sine corruptiōe fuit tractus. Ter-
tio cōmēdat̄. Nam sic ꝟginitas daniel cō-
mēdat̄ ex eo q̄ fuit ab infantia cōtinētissi-
mus ⁊ diuinis reuelatiōibus munita cū da-
tum ei erat intelliḡe om̄ia gn̄a visionū. ita
ꝟginitas sancti Johis ab infantia fuit obū-
dāter diuinis reuelatiōib⁹ munita cū de⁹ si-
bi multa reuelauit. vt p̄z in Apoc̄. Et iō Jo-
hānes p̄p̄t virginitatē suā fuit xp̄o multū
familiaris. Unde in signū hui⁹ familiaritatis
p̄p̄t ꝟginitatē cōmēdauit xp̄s sctō iohāni
suā dilectissimā m̄rem q̄ est exēplar totius
ꝟginitatis. ⁊ nō tanq̄ alieno nec tāq̄ cogna-
to nec suo. s̄ tāq̄ filio adoptiuo. ¶ Xp̄s
nāq̄ in hac vita quinq̄ possedit. scz corp⁹. aīaz
modicā t̄palem subām. ecclīam. ⁊ suā dile-
ctā m̄rem. Corpus cōmēdauit Nycodemo.
Aīam p̄ri dicēs. Pater in man⁹ tuas cōme-
do sp̄m meū. T̄palem subam iude. ideo d̄r
q̄ iudas portauit loculum. Ecclīam Petro
dicens. Pasce oues meas. M̄rem ꝟo dile-
ctam Johāni. Vñ d̄r Joh. xix. q̄ cum vidis-
set iesus m̄rem ⁊ discipulū stātem iux crucē
dixit m̄ri. Mulier ecce filius tuus. In h̄ s̄m
doctores cōmēdauit sibi m̄rem. nā ꝟginis
solatiū fuit diminutū. Legit̄ q̄ romani or-
batis liberis inuenerūt adoptiōem liberorum
eis in solaciū. ita xp̄us in solacium m̄ris sue
amittētis filiū suū naturalē in crucis morte
dedit ei filiū hūc adoptiuū. Iō deinde dic̄ di-
scipulo. Ecce m̄r tua. ibi loco sui instituit san
ctū iohēm vt custodiret m̄rem. iō d̄r. q̄ ex il-
la hora accepit eā discipul⁹ in suā. s. custodiā.
Vñ canit eccl̄ia. Uirgo elect⁹ est a dño ac in-
ter ceteros mag̃ dilect⁹ cui xp̄s in cruce ma
trē ꝟginē ꝟgini cōmēdauit. ¶ Tertio
dico q̄ singularis familiaritas ostēdit̄ ex sin-
cera charitate. Ipe eñ xp̄m pl⁹ ceteris dili-
gebat. q̄r incepit in etate tenera. scz in adole-
scētia q̄ est p̄nior ad ardētē amorē. Vñ p̄-
pter sincerā charitatē hortat̄ oēs ad diligē-
dū deū. vñ dic̄. i. Jo. iiij. Nos ḡ diligam⁹ deū
q̄m de⁹ p̄or dilexit nos. Certe hāc familiarē
charitatē ad xp̄m habuit iohānes. Q̄ ostē-
ditur triplici signo. Primū signum fuit fre-
quēs locutio. Naz s̄m testimoniū xp̄i Luc.
vi. ⁊ Mat. xij. Ex abūdātia cordis os loqui
tur. hinc est q̄ sanct⁹ Johēs maxime loque-
batur de dilectiōe christi. vt patet in suis ca-
nonicis ⁊ euāgelijs: quia om̄es suas admo-
nitiōes ⁊ precepta ꝯcludit de dilectione dei.
Vñ legitur in ei⁹ legēda. ⁊ sctūs Hieroñ. te-
stat̄. q̄ cum sctūs Johēs vsq̄ ad senectutē
ephesi moraret̄ ⁊ vix inter man⁹ discipulorū
ad ecclīam deferret̄: nec iam plura ꝟba di-
cere posset ad quēlibet p̄ssum dixit hec ver-
ba. Filioli diligite alterutrū. Tandem fra-
tres qui cum eo erāt admirātes q̄ semp ea-
dem repeteret. Unde dixerūt ei. Quid est pa-
ter q̄ totiēs eadem loq̄ris ⁊ multiplicas ꝟ-
ba de dilectiōe dei. Rñdit. Idarco totiēs re-
plico. q̄r si solam dilectiōem habuerim⁹ suf-
ficit. ecce q̄ familiaris fuit. Vñ dicit. i. Joh.
iiij. Deus charitas est ⁊ q̄ ma. in chari. i deo
ma. ⁊c̄. Secūdū signū ē grauis offensio. Nā
q̄to aliq̄s aliū pl⁹ diligit. tāto āplius offen-
dit̄ ex ei⁹ iniurijs. Vñ dicit Tulli⁹ i li. de ami-
cicia. q̄ amicicia ē i reb⁹ honestis idē velle
⁊ idē nolle cū amico. Certe sic fec̄ sctūs iohēs
q̄r ipe nō poterat sustinē iniuriātes christo.
Vñ legit̄ in hysto. ecclīastica. q̄ cū iohānes
apud ephesum balnea gr̄a lauādi intrasset.
⁊ ibidē Cherintū hēticum vidisset inde p̄ti-
nus exilijt dicēs. Fugiam⁹ hinc ne spelunce
sup nos cadāt in q̄b⁹ lauat̄ cherint⁹ ꝟitatis
inimic⁹ ⁊c̄. Vñ etiā Luc̄. ix. dicit cum fratre
suo ꝯ samaritanos q̄ recusabāt xp̄m recipe.
vis dicim⁹ vt descendat ignis de celo ⁊ deuo-
ret eos sicut helyas fecit. Reqūre in s̄mone d̄
sctā Katherina q̄si in fine. Tertiū signū est
firma adhesio. Nā d̄r Prouerb. xvij. Omni
t̄pe diligit q̄ amic⁹ ē. q. d. Inseꝑabilit̄ adhe-
ret illi q̄d diligit. Certe h̄ fecit sctūs Johēs
Nam eū nemo poterat a xp̄i charitate auer
tere. Vñ legitur q̄ post penthecosten diuisis
ap̄lis Johānes est in asyam profectus: vbi
xp̄m suum dilectū p̄dicauit. ac multas ec-
clesias ibi fabricauit. Domicianus ergo ipe-
rator q̄ persequebatur xp̄ianos intelligens ei⁹
famā volens eū a xp̄i dilectiōe auertere. vt
sic ab eius p̄dicatione cessaret cōprehendit
eum. Johēs ꝟo r̄ndit. Obedire oportet ma-
gis deo q̄ hominibus. Ideo nec xp̄m domi-
nū meū negabo. nec a p̄dicatiōe noīs ei⁹ de-
sistam donec consumē cursum ministerij mei
gdalena. vt dicitur. Johã. xx. nõ inuenit corpus Jesu in monumento. Tũc venit ad symonẽ Petrũ ꝛ ad aliũ discipulũ quez amabat iesus ꝛ dicit eis. Tulerũt dominũ meũ ꝛ nescio vbi posuerũt eũ. Exijt ergo Petrus ꝛ ille alius discipulus ꝛ venerunt ad monumentũ. Currebant aũt duo simul. ꝛ ille ali⁹ discipulus ꝑcurrit citius petro ꝛ venit pm⁹ ad monumentũ. Et cum se inclinasset vidit ꝑ ostium illius edificij intra quod erat corpus xp̄i sepultum. Nam sepulchꝛuz erat factum ad modũ cuiusdaz domũcule lapidee ĩtra quod erat sepulchrũ excisũ ĩ petra. ꝛ sic erat ibi qđdam ostiolũ ꝑ quod erat ingressus ad locũ illũ. sic eñ fiebant antiquitus sepulchra iudeorum et maxime magnarũ ꝑsonarũ. Et sic Johannes vidit lintheamina plicata ꝛ posita nõ tamẽ introiuit. Uenit autem Symõ petrus sequẽs eũ ꝛ introiuit in monumẽtũ. Nã ex ampliore feruore nõ est contẽtus solũ respicere sicut Johẽs ſʒ voluit oĩa diligenter ꝑscrutari. ꝛ vidit linthea mina posita ꝛ sudariũ qđ fuerat suꝑ caput eius nõ cũ lintheaminibus positũ sed sepatim inuolutũ in vno loco. Cum ergo Petr⁹ sic diligenter rem examinasset ꝛ tã euidentia signa resurrectionis vidisset. tũc ĩtrouit ꝛ ille alius discipulus qui venerat prioꝛ ad monumentũ qui ambo viderunt ꝛ crediderunt. Uñ istud totũ factũ est ad maiorez ꝓbationem resurrectionis xp̄i. Nam si aliq̄s corpus abstulisset furtiue. nullo mõ lintheamina ꝛ sudariũ deposuisset ꝛ eum sic nuduz asportasset. Et ideo dicit Chriso. ꝙ magnũ argumẽtuz ꝛ euidẽs resurrectionis christi ẽ inuentio ꝓdictorũ. Nam si discipuli asportassent corpus xp̄i furtiue sicut iudei timebant tũc non venissent ad videndũ. nec etiam ꝓpter timorem multũ sepulchꝛuz custodientium tantã moraz contraxissent ꝙ lintheamina ꝑ murrham ꝛ aloes conglutinata corpi nõ deportassent. ¶ Secundo ꝑ manifestam apparitionẽ ꝛ multiplicez. Ipse eñ sepe apparuit dilectis suis. Et primo oĩm dilecte sue matri creditur apparuisse. lʒ hoc nullus euangelistarum ponat. Quod forte ideo dimiserunt. quia eorum officium fuit testes resurrectõis inducere. matrẽ autẽ ad testificãdũ ꝓ filio inducere eos nõ decuit. Nã si ỽba extranearꝫ feminarꝫ velut deliramẽta visa sũt. quõ nõ magis mrẽz delirare crederẽt. iõ euãgeliste scribere noluerũt debuit eñ xp̄s mrẽm suã letificare de resurrectiõe quã ampli⁹ ceteris oĩbus cõstat doluisse. Et dicit Ambro. in libro de virginib⁹. Maria vidit resurrectionem domini. prima vidit ꝛ credidit. vidit ꝛ Maria magdalena q̄uis adhuc nutaret ad est dubitaret. Hoc etiam romana ecclesia approbare videtur. Nam statim ip̄o die resurrectionis apud sanctam Mariam celebrat stationẽ Est etiam alia apparitio qua apparuit Jacobo iusto. que non continetur in euangelio tamẽ ĩ legenda sua ĩuenitur. Require Philippi ꝛ iacobi. Item est alia apparitio qua apparuit Joseph ab arimathia. quem liberauit ꝛ duxit in domum suam vt patuit in precedenti sermone. Et q̄uis iste apparitiones non sunt scripte in euangelijs. tamen alibi scripte sunt. Unde dicit Johannes. ca. xx. Multa quidem ꝛ alia signa fecit Jesus que non sunt scripta in libro hoc scʒ euangeliorũ. Sed est notandum de apparitionibus de quibus euãgeliste scribunt ꝙ sunt decez Xp̄us enim apparuit quinquies post pasca vsqʒ ad horam ascensionis. De quinqʒ p̄mis est sciendum ꝙ in die pasce primo apparuit Marie magdalene. Unde Mar. vl. Surgens autem Jesus mane prima sabbati apparuit primo Marie magdalene. Secundo apparuit mulieribus redeuntibus a monumento quibus dixit auete. Mathei vlti. que accesserunt ꝛ tenuerunt pedes eius ꝛ adorauerunt eum. Tertio apparuit Symoni. Unde Luce vlti. Surrexit dominus vere ꝛc̄. sed vbi vel quando nescit. quia euãgeliste nõ ponũt. Dicitur tamen in historia scholastica ꝙ qñ monumẽtũ solus introuit Et dicit̃ in eadẽ historia ꝙ qñ xp̄m negauit fugit in cauernã que mõ dicit̃ gallicantus. in qua per tres dies semꝑ plorauit ex eo ꝙ xp̄m negauit. ꝛ ibi sibi xp̄s apparuit et eum confortauit. Quarto apparuit discipulis eũtibus in emaus in forma ꝑegrini. Luce. vl. Quinto discipulis cõgregatis sero ĩ domo dicens eis. pax vobis ego sum nolite timere. Luce vlti. Sexto apparuit discipul' octauo die Thoma p̄ñte. vt habetur Joh̄. vlti. Septimo discipulis piscantibus. Joh̄. vlti. Octauo discipulis in monte thabor vbi cõstituerat illis Jesus. ꝛ videntes eũ adorauerunt. Math̄. vlt. Nono apparuit. xi. discipulis. Require in cene vbi exprobrauit incredulitatẽ eorꝫ ꝛ duriciã cordis Mar. vl. Decimo ꝛ vltimo apparuit discipulis in monte oliueti vbi benedixit eis ꝛ ferebat̃ in celũ

Luc. vlt. B Tertio ostēditur per angelorum testimonium qui dixerunt eum resurrexisse. Nam sicut dñs noster qui ē ipa veritas pdixit suā resurrectōem, ita facta resurrectione nō debebat ab aliquo pnūciari nisi a celesti nūcio q̄ mentiri nō potest. Nam vt dić mgr̄ li. ij. dist. vij. ꝙ boni angeli per gratiaꝫ confirmati sunt post ꝙ̄ steterāt ꝙ peccare ñ pñt. ergo nec mētiri. Unde dr̄ Math. vltīo. ꝙ angelus dñi descendit de celo. ⁊ ac. reuol. lapi. ⁊ sedebat super eum. Erat autē aspect⁹ eius sicut fulgur. vest īnīta eius sicut nix. Et vt dr̄ Mar. vlti. ꝙ cuꝫ Maria magdalena ⁊ Maria iacobi ⁊ salome: venerūt vt vngerent Jesum dixerūt adinuiceꝫ. Quis reuoluet nobis lap'dē ab ostio monumēti. Et respiciētes viderūt reuolutū la. ⁊ introeūtes ī monumētum ⁊c. Et cum ingresse essent nō inuenerūt corpus. Et factū est duꝫ mēte cōsternate essent tūc duo viri. i. angeli vt dicit Lucas apparuerūt ⁊ steterūt iuxta illas in vestibus albis. Hij angeli mulierib⁹ assurgebant. ideo dicit Lucas eos stantes q̄uis alij euāgeliste dicūt eos sedere. Cum auteꝫ mulieres timerēt ⁊ declinarēt vultū in terram. tūc illi duo āgeli quos lucas viros appellat: eo ꝙ in forma humana apparuerunt dixerūt mulieribus. Quē queritis viuētem cū mortuis. Nō est hic ſ surrexit. q. d. Jhm quē vos queritis quasi mortuū hic: ipse non est mortuus ſ viuit. iō nō est hic ſ surrexit. Et ideo dicit Math. vlt̄. ꝙ angelus qui reuol. lapidem dixit mulierib⁹. Nolite timere. Scio eñ ꝙ iesum qui crucifixus est queritis. nō est hic. surrexit eñ sicut dixit. Uenite et videte locum vbi positus erat dñs. Et cito euntes dicite discipulis eius. quia surrexit. ⁊ ecce precedet vos in galileam ibi eum videbitis sicut predixit. Et ideo Lucas dić ꝙ illi angeli dixerunt etiā. Recordamini qualiter locutus sit vobis dū adhuc in galilea esset dicēs. Oportet filiū hominis tradi ī manus hominū pctōꝝ ⁊ crucifigi ⁊ tertia die resurgere. q. d. ſm Chrys. Et si mihi nō credis memētote verboꝝ q̄b⁹ se dixit die tertia resurrecturū. Luc. vlt. Et recordate sūt verborum eius ⁊ regresse a monumēto nūciauerūt hec omīa illis vndecī ⁊ ceteris omīb⁹. Erat aūt Maria magdalena ⁊ Maria iacobi ⁊ maria salome ⁊ iohāna vxor pcuratoris herodis: Unde canit eccl'ia ⁊ q̄rit. Dic nobis Maria q̄d vidisti post ꝙ̄ illū amicum tuum certis ⁊ multis argumētis vidisti, singnāter rn̄det. Angelicos testes sudarium ⁊ vestes. surrexit xp̄s spes mea pcedet suos ī galileā. C Quarto ostēdit p marie magdalene sedulā ⁊ multiplicē inq̄sitiōem. ipa eñ noluit ɔtētari in āgeloꝝ testimonio nec in dict̄ cuiuscūq̄ꝫ nisi inueniret dñm suū: aut mortuū: aut viuū. Unde post ꝙ̄ ipsa ex iussu angelorum nūciauerat petro ⁊ alijs discipulis ꝙ fuisset in monumēto ⁊ non inuenisset corpus iesu ⁊ vidisset angelos. Tunc petr⁹ ⁊ iohānes iuerūt simil't vt viderēt q̄d esset. Illis aūt recedētib⁹ Maria iterūꝫ reuersa est ad monumētū ⁊ nō recedebat ſ ibi stabat. vt dr̄ Joh. vlti. Abierūt g̃ discipuli. s. petrus ⁊ iohānes ad semetipos. i. in domū suam. Maria aūt stabat foris plorās de ablatione dilecti sui. ⁊ dum sic fleret tūc inclinauit se iterū ⁊ pspexit in monumētū. Hic q̄ritur. cū ipa sciret xp̄m sublatū quare tunc sic respexit. rn̄det' Greg. Amāti sel' inspexisse nō sufficit. q: vis amoris multiplicat intētioeꝫ inq̄sitiōis. Sctā eñ desideria dilatione crescūt. si aūt dilatiōe deficiunt desideria sancta nō sunt. Unde desideriū Marie magdalene fuit ita magnū ꝙ nō curasset quocūq̄ꝫ iuisset vt sui dilecti etiā mortuum inuenisset. Quapropt' ipa meruit tria. Pmo angelorū iteratā visionē ac iocūdā ɔsolatiōeꝫ. Un̄ dr̄ Joh. vlt̄. ꝙ cum sic diligenter respexit in monumētum tūc vidit duos angelos in albis sedentes: vnū ad caput ⁊ vnū ad pedes vbi positū fuerat corpus iesu q̄ dicūt ei volētes eam consolari. Mulier q̄d ploras. q. d. Nō habes cām fletus ſ gaudij. q: ille quē credis mortuū resurrexit. Unde dicit Orig. O maria magnā ɔsolatiōeꝫ inuenisti. nam tu querebas vnū hoiem ⁊ duos angelos inuenisti. querebas iesum mortuū ⁊ ipm viuū ab angelis intellexisti. O maria quid iā amplius turbaris. quid ploras. ecce habes angelos sufficit eorum visio. Maria vero nō curauit angelos sed dicit eis assignādo causam sui doloris. Tulerūt dñm meū ⁊ nescio vbi posuerūt eum. q. d. non īmerito ploro: q: illū pdidi in quē totam spem meā posui. igit' angustie mihi sunt vndiq̄ꝫ. nescio enim quo vadam. nescio vbi requiram. stabo igitur h̄ ⁊ plorabo vsq̄ꝫ dum mihi deficiēt lachryme. Un̄ dicit Orige. O maria q̄d spei. q̄d cōsilij erat tibi vt sola stares ad monumētū discipulis abeūtib⁹. tu aūt illos pueuisti ⁊ post illos remāsisti. cur h̄ fecisti. diligebas pl⁹ ꝙ̄ illi, an sapiebas pl⁹ ꝙ̄ illi. q: non metuebas

vt illi. certe nihil sapiebat Maria nisi dilige-
re, p dilecto dolere. iō secūdo meruit sui di-
lecti visionē. Unde dicit Joh. vlt. φ cum di
xisset angelis rñdēdo. scz. Tulerūt dominū
meū τc. τ cum hoc dixisset, ɔuersa est retror
sum τ vidit Jesum stātem. τ nesciebat quia
Jesus est. D Hic q̄rit quare cum ange
lis loquit̄ cōuersa est retrorsum. R̄ndetur p
doctores φ xp̄us post eā apparuit τ angeli
cognoscentes dn̄m signo τ motu reuerētie
ostēderūt se aliq̄d magnū videre. τ hoc est
qδ fecit eam cōuerti retrorsuz. Jō dicit euā
gelista. Conuersa ē retrorsum. Sequitur. τ
nesciebat q2 iesus est. Et hui⁹ rō est vt dicit
Chrys. Christus' em̄ apparuit angelis tāφ
dn̄ator. iō cito cognouerūt eū. Marie vero
ī forma hortolani. ideo nō cognouit eū. Se-
quitur. dic̄ ei iesus. Mulier, q̄d ploras quez
queris. Hic dicit Orig. O dulcis mgr̄ ad q̄d
ꝓuocas spm̄ τ animū hui⁹, mulieris on ꝑu-
tas φ ipsa dicat tibi. te ploro. te quero: nisi
tu cordi ei⁹ ꝑus inspiraueris τ dixeris. ego
sum. q̄d ploras. τ quē q̄ris. an pūtas φ ipsa
cognoscat te φ diu voluer celare te. Seq̄tur
text⁹. Illa estimās q2 hortolan⁹ esset ex eo
φ ita mane eum sic in orto videret. Jō dic̄
ei volēs cape eius beniuolētiā. Dn̄e si tu sus-
tulisti eum dicito mihi vbi po. eū. τ ego euz
tollā. ecce quāto desiderio fuit. Unde Orig.
O mirabilis mulieris audacia que nullū ex
cipit. nec iudeos seuiētes veret̄. sine om̄i ti-
more ɔstāti animo dicit. ego eum tollaz. O
bone iesu Joseph timuit τ nō fuit ausus tol
lere corpus tuū de cruce nisi in nocte τ de licē
tia pylati. Maria nec pylatum nec noctem
veretur dicens. Ego eum tollam. Et si in a-
trio ꝑucipis sacerdotū. o Maria fuisses q̄d
fecisses. ego eū tollam. Et si ancilla ostiaria
te interrogasset q̄d r̄ndisses: ego eū tollam.
O mulier. nō mulier q̄ Jesum anteponit. O
bone' iesu ioseph posuit corpus tuū, in monu
mēto. Maria aūt ex amore ita sepeliuit spi-
ritū suū cū corpore tuo. vt facilius posset se-
parari aīa sua a viuēte corpe suo φ spiritū
suū te diligētem a defuncto corpe tuo. Jdeo
tertio meruit sibi dilecti iesu christi cognitio
nem. Nam cum dn̄s eam cōmuni vocabulo
appellat dicēs mulier. xp̄s nō fuit ei cognit⁹
s̄ statim qn̄ eā ꝓprio nomīe noīauit dicēs:
Maria. tūc reuixit spūs ei⁹ τ cognouit euz.
Unde dicit Orige. O mutatio dextre excel
si cōuersus est dolor magn⁹ in magnū gau-
dium mutate sunt lachryme dolorꝫ in lachri
mas amoris. Nam vt audiuit se nomīe suo
vocari sensit in ꝓprio noīe quādam singula
rem dulcedinē vocatiōis. τ sic p eam ɔgno-
uit ipm̄ mgr̄m a quo vocabat̄. Unde xp̄o di
cēte ad eā Maria. iterū cōuertit se ad xp̄m
dicēs. Rabboni qδ d̄r mgr̄. sic ɔsueuit eum
appellare. τ tūc voluit amplecti pedes eius
pre nimio amore. q2 iā ɔgnouit eū. Un̄ dic̄
Orige. O amor impatiēs non sufficiebat ei
videre iesum τ loq̄ cū iesu nisi etiā tangeret
iesum. Sciebat em̄ φ v̄t⁹ exibat de illo τ sa-
nabat om̄es. τ quotq̄t tāgebāt eū salui fie-
bāt. Sed xp̄s noluit tāgi ab ea. ideo dixit ei.
Noli me tangē. Hic queri pt̄ cur nō permisit
se tangi ab ea s̄ dixit. Nondū em̄ ascēdi ad
p̄rem meū. q. d. s̄m Greg. Nondū ascēdi ad
p̄rem meū. i. ad equalitatē p̄ris mei in cor-
de tuo. Ips̄ em̄ adhuc carnaliter sapiebat d̄
xp̄o quē sicut purū hoīem fleuit. ideo noluit
tangi ab ea: s̄ dixit ei. Uade aūt ad fratres
meos τ dic eis. Ascēdo ad p̄rem meū τ pa-
trem v̄rm. deū meū τ deum v̄rm. s. per equali
tatē. q2 ego τ pater vnū sum⁹ vt ꝑdixi vob.
Uenit Maria magdalena annūciās disci-
pulis. q2 vidi dn̄m. τ hec dixit mihi. Un̄ ipa
pt̄ dicē illud. i. Cor. xi. Ego em̄ accepi a do
mino qδ τ tradidi vobis. E Quinto ost̄-
ditur p custodū sepulchri narratiōem. dicit
em̄ sc̄tus Math. xxvij. φ altera die cōuene
rūt ꝑncipes sacerdotū τ pharisei ad Pyla-
tum dicētes. Dn̄e recordati sumus φ sedu-
ctor ille adhuc viuēs dixit. post tres dies re-
surgā. Jube ergo custodiri sepulchꝝ vsq3 in
dié tertiū. ne forte veniāt discipuli ei⁹ τ fu-
rent̄ eū τ dicant plebi. surrexit a mortuis. et
erit nouissimus error peior ꝑore. Ait illis py
latus. habetis custodiā ite custodite. Illi āt
abeūtes cōduxerūt custodes τ munierunt
sepulchꝝ cum custodib⁹ signātes lapidem
Illi v̄o postφ dn̄s surrexit intrauerūt ciui-
tatē τ nūciauerūt ꝑncipib⁹ sacerdotū om̄ia
q̄ facta fuerūt. vt legit̄ in euāgelio Nycode-
mi. τ sc̄tus Math. xxviij. approbat. Requi-
re in ꝑmo sermone de resurrectione in ꝑnci-
pio. Ecce apertū mēdaciū. Unde dic̄ Aug⁹.
Si em̄ dormierūt quō testes esse potuerunt
τ ista sibi ɔria fuerūt. Un̄ ps. Insurrexerūt
in me testes iniq̄ τ mentita est iniq̄tas sibi.
Et ideo canit eccl̄ia in sequētia de v̄aci an-
nūciatiōe Marie magdalene. Credendum
est mag̃ soli Marie v̄aci φ iudeorū turbe
fallaci. Nam scim⁹ xp̄m surrexisse a mortu-
is vere tu nobis victor rex miserere. F

Secto ostēditur per vulneris ostēsionē. Nā vt dr Luc. vlti. Quādo ipe apparuit discipulis suis τ stetit in medio. tūc cōturbati sunt τ cōterriti τ existimabāt se spm̄ videre. ideo dixit eis. Uidete manus meas τ pedes meos qꝛ ego ipse sum. De hoc reqre in alio libro. Tertio pncipaliter dico ꝙ xp̄s resurrexit feliciter. quia oēs electos letanter ī paradisum perduxit. Require supra. Uel sic. nā deposita omi miseria in gloriā resurrexit. Un̄ in signū huius dixit. Math. xxvi. Postꝙ̄ surrexero pcedam vos in galileā. Galilea interptatur trāsmigratio. τ significat ꝙ xp̄s de corruptiōe ad eternitatem. ꝺ miseris ad gl'iaʒ transiuit. Unde Rō. vi. Christus resurgēs ex mortuis iam non morit̄ τc̄. Sic nos resurgamus cum xp̄o in nouitate corporis glorificati. ideo dicit. precedā vos. Un̄ ad Roma. vi. Sicut xp̄s resurrexit a mortuis in gloriaʒ patris. ita τ nos in nouitate vite ambulemus. Nam sicut xp̄s resurrexit cū corpore glorificato. ita ꝟtute resurrectionis xp̄i oēs electi resurgēt cū glorificato corpore. Unde mgr̄ in lib. iiij. dist. xliiij. Corpa sctōꝝ resurgent sine vlla deformitate. sine vlla corruptōne. sine onere τ difficultate pp̄ter qō spūalia dicta sunt τ resurgent fulgida sicut sol τc̄.

De ascensione domini. Sermo. xxxiij.

Dominus quideʒ iesus postꝙ̄ locutus est eis assūptus ē in celū τ sedet a dextris

b

dei. Mar. vlti. Notate charissimi. Dicit eniʒ phs. iiij. phisicoꝝ. Qꝛ quāto vnaqueqꝫ res ē melior. τ pfectior: tāto debet ei loc9 altior et perfectior. Sʒ xp̄s dn̄s noster ē perfectior τ nobilior oīb9 creaturis. q̄re merito debebat ascēdere ad sublimiorē locū. i. sup oēs celos Jō dicit dn̄s τc̄. In qb9 q̄dē ꝟbis tria notant̄. Primo discipuloꝝ fructuosa instructō qō notat̄ cū dr. Dn̄s q̄dē iesus postꝙ̄ lo. τc̄. Secūdū est xp̄i gl'iosa ascēsio. qō notat̄ cū addit̄. assumpt9 ē in celū. Tertiū xp̄i supma locatio. qō notat̄ cū ꝯcludit̄. τ sedet a dextris dei. B Primo dico ꝙ notat̄ discipulorū fructuosa instructio. Est notādū ꝙ dn̄s hodierna die q̄ntuplicit̄ locutus est discipulis Primo ipos dure increpādo de. eoꝝ infidelitate vt dr Marc. vltimo. ꝙ postꝙ̄ xp̄us in die resurrectiōis apparuit Marie magdalene. tunc ipsa precurrens nunciauit discipulis sm̄ ꝙ angeli iusserāt eam τ etiā ipse dn̄s. Et illi audiētes qꝛ viuet τ visus esset ab ea nō crediderūt. Post h̄ aūt duob9 ambulātib9 ī emaus ostensus est in alia effigie scʒ ī forma peregrini. q̄ nūciauerunt ceteris. nec illi pfecte crediderūt. Etiā nec ipi domino pfecte credider̄t vsqꝫ dū eis oñdit man9 τ pedes τc̄. Unde dr ꝙ nouissime recūbentibus. xi. discipulis in cenaculo videlicet in q̄ xp̄s iussit sibi pparari pasca p die cene cum alijs mulieribus τ mr̄e xp̄i τ alijs discipulis q̄ xp̄m sequebant̄ in vita q̄uis illi vndecim soli noiant̄ in textu. Illis simul recumbentibus inter tertiā τ sextā apparuit eis iesus intrans iuxta modū suum clausis ianuis. τ comedit cū eis. vt dr Act. i. p quadraginta dies apparēs eis τ loqnēs de regno dei. Et conuescēs τc̄. Un̄ Greg. in omel'. hodierna. Comedit τ ascēdit vt effectus comestiōis veritatē patefacēt carnis. Et Act. x. Mādncauim9 τ bibim9 cuʒ illo. Et sic post h̄ increpauit eos sm̄ ꝙ Marc9 dicit ꝙ exprobrauit incredulitatē eoꝝ τ duriciā cordis. qꝛ hijs qui viderāt eū resurrexisse nō crediderūt. Et h̄ fecit sm̄ Greg. in omel'. q̄a eos corpalit̄ relinquere voluit vt verba q̄ recedēs dicēt in corde audiētiū artius ipressa remanerēt scʒ illa q̄ sequūtur. Nam int̄ oēs articulos fidei articulus resurrectiōis fuit. difficilior ad credendū. iō τc̄. D Secūdo locutus est xp̄s hodierna die discipulis: officiū pdicationis eis iniūgēdo. Un̄ dr Math. vlti. ꝙ dixit. Euntes in mūdū vniuersuʒ pdicate euāgeliū omi creature. Ecce quō iussit euāgelium predicare. qō est ꝯtra curiosos q̄ magis vtunt̄ pbo ꝙ̄ euāgelio. τ mag' poetis ꝙ̄ prophetis. Contra q̄s dr ad Roma. i. Nō em̄ erubesco euāgeliū: ꝟtus em̄ dei est in salutē omni credēti. Nam hō p illud saluabit̄. Un̄ sequitur. Qui crediderit τ baptizat9 fuerit saluus erit. q̄ vero nō crediderit cōdemnabitur. O charissimi notate magnū seruū τ dilectiōem xp̄i. ꝙ in fine desiderauit nos scire verā viā τ vitā. vt possem9 post euʒ ascēdere. Nō em̄ sufficiebat ꝙ passus. mortu9. τ sepult9 est p nobis s̄ desiderauit nos scire modū p quem possum9 saluari cum dicit. Qui credi. τ baptizat9 fuerit τc̄. Unde Joh. iij. Omis qui credit in ipsum nō pereat sed habeat vitam eternā. τ ideo dicitur Joh. xiij. Jesus cum dilexisset suos qui erant in mūdo in fine dilexit eos. s. dando eis modū quō possunt saluari. Nam sine fide null9 potest saluari. J Tertio

J

locutus est eis informando eos formaȝ baptizandi. Nã sine baptismo null⁹ potest saluari. sicut ipse dicit Joh. iij. Nisi quis renatus. i. baptizatus fuerit ex aqua ⁊ spiritusancto nõ potest intrare in regnũ dei. ⁊ iõ multũ necessaria fuit hec locutio. Unde dr Math. vlti. Et iesus locutus ẽ discipulis dicẽs. Data est mihi oĩs potestas in celo ⁊ in terra. id est ƀm glo. interlinia. vt qui ante regnabat in celis cum angelis modo per fidem regnet in terris: perducendo oĩes fideles per fidem ⁊ baptismũ ad celestẽ patriam vt impleatur illud. Fiat voluntas tua sicut in celo ⁊ in terra. Sequitur. Euntes ergo docete oĩes gentes scȝ seruare oĩa que mandaui ꝓpter que possunt saluari. baptizãtes eos in nomine patris ⁊ filij ⁊ spũssancti. tũc remittunť eis peccata sua tam originale ꝗ̃ actuale. tam mortale ꝗ̃ veniale. que erant causa eoꝝ damnationis. Unde dicit mgr̃ li. iiij. dist. ij. c. de baptismo. ꝙ baptism⁹ Johis erat in pniam nõ in remissionẽ. Baptismus vero christi ĩ in remissionẽ. Unde Act. i. Johannes qdem baptizauit aqua. vos autem baptizabimini spũsancto: nõ post multos hos dies. q. d. tunc perfecte eritis mũdi ab oĩbus peccatis. Ideo baptism⁹ ƀm mgr̃m li. iiij. dist. iij. dr tinctio. i. ablutio corporis. Unde in baptismo scribitur hoc nomen iesus in animabus. Recte sicut serui solent scribi ad curiam vnius regis pertinẽtes. ita nos scribimur ad curiã summi regis. Nã sicut scriptor scribit tribus digitis. sic ad inuocatiõem trinitatis scribitur illud nomen in animabus nostris quãdo sacerdos dicit. Ego baptizo te in nomine pr̃is ⁊ filij ⁊ spũssancti. Unde Apoc. xiiij. Uidi supra montẽ syon agnũ stãtem ⁊c. Unde ps. Signatum est super nos lumẽ vultus tui dñe ⁊c. ℞ Quarto locutus est eis gr̃aȝ miraculoꝝ ꝯdonãdo. Un̄ Joh. xiiij. Qui credit in me opera q̃ ego facio ⁊c. Unde dicit venerabilis Beda super Math. Oportuit eos magna ⁊ noua facere qui debebant magna ⁊ noua p̃dicare. Et iõ vt nouã doctrinã scȝ euãgelicam ac fidẽ catholicã ꝯfirmarẽt necesse erat vt mirabilia facere possent. Ideo dixit eis hodie vt habetur Mar. vlti. Signa aũt eos q̃ credi. in me hec sequẽtur. i. vos q̃ creditis in me facietis talia signa q̃bus ꝓbetis p̃dicatiões vestrã. Unde p̃mo dixit. in noĩe meo. i. in ṽtute noĩs mei demonia eijcient. sicut Paul⁹ fecit. vt habeť Act. xvi. ꝙ q̃dam puella habuit spm̃ phitonem. cui spũi dixit Paul⁹. Precipio tibi in noĩe iesu xp̃i exire ab ea. ⁊ exijt eadem hora. Patet hoc etiam in multis sanctis multipliciter. Reqre in legẽdis sctõrũ. Secũdo dixit. linguis loquẽtur nouis sicut apostoli. vt habeť Act. ij. Nã loquebanť varijs ling. Tertio serpẽtes tollẽt. i. ṽtutem ⁊ ptãtem habẽt super serpẽtes ꝙ nihil possũt eis nocere. sicut Paul⁹ fecit vt hẽ Act. vlti. ꝙ vipera inuasit manũ ei⁹. ipse ṽo excutiẽs eam in ignẽ nihil mali passus est. ꝓpter qđ barbari dicebãt eũ esse deũ ⁊c. Quarto dixit ⁊ si q̃d mortiferũ biberint nõ eos nocebit. sicut accidit Johãni euãgeliste. Reqre Joh. euãgeliste in ƀmone. x. L. Quinto dixit eis super egros manus imponẽt ⁊ bene hẽbunt sicut fecerunt sancti multipliciter. Reqre cathedra petri ⁊ alijs legẽdis. imo nõ solũ ad manus impositiõem: verũetiã ad ṽbum. vt patet Act. iij. vbi ad ṽbum sancti Petri qui dixit. Argẽtum ⁊ aurum nõ est mihi ⁊c. In noĩe iesu xp̃i surge ⁊ ambula. Qui statim surrexit sanus. Ista ⁊ multa alia miracula operati sunt virtute christi. Unde dicit Marc. vlti. Illi autẽ ꝓfecti predicauerunt vbiqȝ domino cooperãte. ⁊ sermonẽ ꝯfirmãte sequẽtibus signis. Et etiã nõ tantũ apostoli h̄ fecerũt: verũetiã ꝓfecti fideles ac ṽbum dei p̃dicãtes. vt patet in legendis multipliciter. Reqre. Et sic impletũ est illud ps. Dñs dabit ṽbum euãgelizãtib⁹ ṽtute multa. Un̄ super illud Luc. ix. Conuocatis iesus duodecim discipulis suis dedit illis ṽtutem ⁊ ptãtem super oĩa demonia. ⁊ vt languores curarent. ⁊ misit illos p̃dicare regnũ dei ⁊ sana. infirmos. dicit glo. Concessa potestate signoꝝ mittunť predicare regnum dei. vt magnitudo factoꝝ ⁊ virtus ostensa fidẽ daret ṽbis. ⁊ vt noua facerẽt q̃ noua p̃dicarẽt. ℞ Quinto locutus ẽ eis hodie annũciando eis regnũ dei. Ipse eñ descẽdit de sinu. id est de trono patris vt gen⁹ hũanũ ad regnũ celoꝝ pduceret. Ideo in die ascensionis nouissime loquebatur eis de regno dei sicut sepius dixit. Nã dr Math. vi. Ipse exclusis omnib⁹ terrenis sollicitudinibus dixit. Querite p̃mũ. i. p̃mo ⁊ p̃ncipaliť ⁊ ante oĩa regnũ dei ⁊ iusticiam eius. q. d. Nam ad hoc creati estis. sicut mgr̃ dicit libro. ij. dist. i. Deus fecit hoĩem vt summũ bonũ ⁊c. Unde dr Actu. i. ꝙ in die ascensionis appa. ⁊ lo. de regno dei. Unde dicit per dies. xl. appar. eis ⁊c. Moyses ⁊ ꝓphete promittebant ṫpalia, christus

aūt regnū celoꝝ. qđ ꝗdem etiā cōmisit eis nūciare alijs. Un̄ dicit Chryso. Non cōmisit eis aliqđ sensibile. i. terrenū dicere sicut Moyses ꝛ ꝓphete ꝗ terram ꝛ bona tēporalia ꝓmittebant. hij vero regnū celoꝝ ꝛ oīa que continentur in eo. Unde in signū huius q̄n xp̄s nouissime voluit eis loqui anteꝙ̄ in celum ascenderet eduxit eos de domicula in quo eis p̄dicauit ꝛ quattuor locutiōes fecit in signum ꝙ nō de terrenis sed de celestibus intenderet. Unde dicitur Luce vltimo Eduxit aūt eos foras in bethaniā. que sita est in latere montis oliueti. de quo mōte ipse ascendit. Unde dic̄ hystorio ꝙ illa que dicta sunt facta sunt in cenaculo sed statim p⁹ eduxit eos in bethaniā ꝛ in mōtem oliueti. ¶ Utrum aūt nunc cum eis ꝯtinue ad locum ascensionis iuit sicut iuit cum duob⁹ discipulis euntibus in emaus nescitur. Cum aūt ipsis existentib⁹ in monte oliueti ac xp̄o loquente de regno dei aliqui͡ qui minus spiritua les fuerunt de regno terreno intellexerunt. ideo interrogabant eum dicentes vt dicit̄ Actu. i. Dn̄e si in tempore hoc restitues regnum israel. Quibus respondit. Nō ē vestrum nosse tempora vel momēta que pr̄ posuit in sua potestate. quasi diceret domini. vos adhuc terrena sopitis. ideo nō potestis intelligere celestia sicut pater meus. quia nōdum perfecte recepistis spiritumsā ctum. Unde sequitur ꝙ dixit. accipietis virtutem superuenientis spiritussancti in vos. quasi diceret. qui faciet vos sapere celestia. ꝛc̄. Et ideo vt dicitur Actuum. i. Precepit eis ab hierosolimis ne discederēt. sed expectarent promissionem patris quā audistis inquit per os meum. que ꝓmissio fuit spūssanctus. sicut dr̄ Joh. xiiij. Paraclit⁹ autem spūssanctus quem mittet pr̄ in nomie meo docebit vos oīa. Unde dicitur Luce vltimo ꝙ dixit eis. Uos autem sedete in ciuitate ꝗ vsqꝫ induamini virtute ex alto spiritusācto qui vos confortabit ꝛ illuminabit sicut promisi vobis ante. Nam dicitur Johā. xvi. ꝙ dixit eis. Expedit vobis vt ego vodā. Si enim nō abiero paraclitus nō veniet ad vos Si aūt abiero mittā eū ad vos. Et cū venerit docebit vos oēm v̄itatē. Et sic dedit eis suā bn̄dictionem ꝛ ascendit in celum. ꝛ dic̄ Dam. li. iiij. c. x. ꝙ versa facie ad orientē elenatis manib⁹ ascendit in celū. Un̄ dr̄ Luce vl. Eleuatis manibus suis bn̄dixit eis. Et factū est dum bn̄ diceret illis ferebatur i celum. Qualiter autem valedixerit nō putauerūt euāgeliste eē scribendū sed dimiserūt deuotis hoībus ad cōsiderandū. Unde dr̄ Johā. vl. Sūt autem ꝛ alia multa que fecit Jesus q̄ si scribant̄ per singula nec ipm mūdum arbitror cape posse. Un̄ de veritate ascensionis legit̄ in euangelio Nicodemi. Require in p̄io sermone resurrectionis. Et sic patet primū. ¶ Scd̄o principalit̄ dico ꝙ notor̄ xp̄i gl'iosa ascēsio cū dr̄. Assumpt⁹ est i celū. Circa qđ notādū ꝙ dn̄s gloriose quadrupliciter ascendit. Primo veracit̄. secūdo potent̄. tertio glorianť. quarto letanť. Dico primo ꝙ dn̄s veracit̄ ascendit. qđ ōn̄ditur tripliciť. s. ꝑ spacium temporis. per determinatum diē. ꝛ ꝑ horā congruam. Primo ōn̄ditur ꝑ spacium temporis. Nam ipse nō statim vt resurrexit ascēdit. sꝫ p. xl. dies expectore voluit ꝓpť maiorem certitudinē resurrectionis sue. Difficilius enī erat ꝓbare veritatē resurrectōis ꝙ̄ passiōis. Nā passio sua fuit visa ꝙ feria sexta mortuus fuit in cruce. sꝫ ad ꝓbādū verā resurrectōnē plures dies requirebanť. iō distulit suā ascēsionē vsqꝫ ad. xl. diē. vt sic sua resurrectio fieret certa ꝛ ꝑ cōsequēs ꝑ spacium tāti tp̄is fieret ꝛ certificareť eius ascensio. que erat ita possibilis sicut resurrectio. Un̄ dr̄ Actuū. i. Prebuit seipm viuū. s. discipulis suis p⁹ passionem suā in multis argumētis. ꝑ dies. xl. ꝛc̄. Un̄ dicit gl. sic̄. xl. horis mortu⁹ erat. sic. xl diebus se viuere cōfirmabat. Qđ fecit ī cōsolationē etiā discipuloꝝ. Nam sicut discipuli fuerunt turbati. xl. horis ꝗbus ī sepulchro mortu⁹ iacuit. ita p. xl. dies resurgens discipulis apparuit multipliciť in cōsolationem. ꝛ quia sicut dies comparať ad horam ita annus ad diem. hoc est dicere sicut dies consolationis cōpať ad horam ꝯtristatōis sic annus ꝯsolationis ad diē turbatōis. vn̄ Esa. lxi. Spūs dn̄i sup me vt p̄dicarem annū placabilē dn̄o ꝛ diē vltōis deo nr̄o. Ecce ꝑ die tribulationis reddit annū consolatōis sic ꝓ hora tribulationis dedit diem consolatiōis. Unde dicit Leo papa in sermōe de ascēsione. Quadragenarius numerus hodie ꝯpletus ē ordinatōe diuina ad vtilitatem nr̄e eruditōis. Nam dubitatum ē ab illis. s. discipulis ne dubitaretur a nobis ꝛc̄. Et sic ꝯpleto spacio temporis ascēdit. ¶ Secundo ōn̄ditur per determinatū diem. qꝛ feria q̄nta ascendit celos. Nam xp̄s Jh̄s passus est. viij. kal'. aprilis. ꝛ in die dominico immediate

diate sequēti surrexit. ⁊ .xl. die ab ipso die resurrectiōis q̄ tūc fuit q̇nta die mēsis maij ⁊ fuit feria q̇nta eadē die xp̄s ascēdit. Unde dicit Act. i. p̱ dies .xl. apparēs eis ⁊ lo. ō regno dei. Sequit̄. Et cū hoc dixisset videntibus illis eleuat⁹ ē. Sed est notādū φ dn̄s feria q̇nta ascendit propter tria mysteria tali die facta. quibus talis dies est cōsecrata. vt recitat mgr̄ Frācisc⁹ de mayrōis. Primo nā tali die pisces aues ⁊ volatilia fuerit creata. vt ɔ̈ Gen̄. i. ⁊ iō vt eēt conformitas creatoris ad creaturam ⁊ ecōuerso tali die ascendit. q̄ pisces ⁊ volatilia sunt agiles ⁊ mobiles valde ⁊ faciliter ascendunt. scȝ pisces flumen. aues aerem. sic xp̄s ⁊c̄. Unde Jere. xlix. Ecce quasi aquila ascēdet ⁊ volabit ⁊c̄. Scd̄o. nā tali die puer Jh̄s in tēplo ē p̄sentatus. vt ɔ̈ Lu. ij. Nā xp̄s fuit dn̄ica die nat⁹. ⁊ .xl. dies a natiuitate fuit q̇nta feria in q̄ puer debebat in tēplo presentari iuxta preceptum domini. Leuit. xij. Reqre purificationis. Sic xp̄s fuit hodie angelis et nubibus. conducentibus in templo celestis patrie deo p̄ri p̄sentatus ⁊ ad dexteram ei⁹ collocatus. vn̄ Actu. i. Eleuatus est ⁊ nubes suscepit eum. Unde p̄s. Qui ponis nubem ascensum tuum. ⁊ ambu. super pennas ventoꝝ. id est angeloꝝ. Tertio nā tali die cena dn̄i fuit celebrata. vt ɔ̈ Jo. xiij. Et sacramētum eucharistie p̄mitus institutū. per quod figuratur illud eternum cōuiuium. iō xp̄us tali die ascendit ad celeste cōuiuiū. Juxta illud psal. Dn̄s regit me. i. ip̄a diuinitas. et nihil mihi deerit in loco pascue ibi me collocauit. ¶ Tertio ostendit̄ p̱ horam congruam. q̄ hora nona eiusdeȝ diei dn̄s ascēdit circa meridiē. Nā prim⁹ hō ob demeritum sue trāsgressiōis fuit tali hora de paradiso terrestri expulsus. q̄ Eua hora sexta comedit de fructu. ⁊ hora nona fuerūt expulsi. ⁊ p̱ angelū aditus p̱adisi p̄clusus. Et tal' reseratio nō poterat fieri nisi p̱ xp̄m nec etiam aditus celestis paradisi. Jō congruum fuit vt xp̄s eadem hora ascēderet. ⁊ hō eadem hora paradisum celestem recuparet. ⁊ sic xp̄s sua ascēsiōe aditū eius nobis oībus reseraret. Jō nos debemus exēplo xp̄i cum feruenti desiderio ascendere ad celum ī meridie. i. in feruore dilectōis. Juxta illō Job xxiij. Uestigia ei⁹ secut⁹ ē pes me⁹. viā eius custodiui ⁊ nō declinaui ex ea. Un̄ Aug. ī sermone de ascēsione. Ascēdamus cū illo ⁊ sursum corda habeam⁹. Sic ascēdit q̇dam devotus miles. Nā legit̄ φ q̇daȝ miles sic ascendit corde φ ī p̱tibus hierosolimis oīa loca in q̇bus saluator nr̄ fuerat sollicite cū lachrymis visitauit. ⁊ cū oīa sacra loca p̱ totū p̱q̇risuisset. vltimo venit in montē oliueti. vn̄ dn̄s celū ascēderat. vbi post longā orōnē cum lachrymis dixit. Ecce dn̄e vbiq̄ q̄sivi te diligent̄. Un̄ dū venerim ad locū vbi celos ascendisti: nescio ampli⁹ vbi te reqraȝ p̄cor te o meū gaudiū ⁊ vnicū solatiū suscipe spm̄ meum q̄ tam ardent̄ affectat te vt ad dexteram patris videam sedere te ī gloria. Et his dictis spm̄ suū sine dolore reddidit deo ⁊ in celū ascēdit. Un̄ hortat̄ nos apostolus Col. iij. Que sursum sunt querite vbi xp̄s est in dextera dei sedens. Unde Aug. in sermone hodierno. Ascēdam⁹ cum xp̄o interim corde vt cum dies p̱missus aduenerit sequamur et corpore. Unde et in signuȝ huius imp̄ssit terre vestigia pedū ei⁹. Unde dicit Simplicius ep̄s hierosolimitanus. vt habet̄ in glo. de loco ascēsionis. φ cum postea esset ibi ecclesia edificata locus ille in q̊ steterūt vestigia pedū xp̄i ascēdentis nūφ potuit sterni pauimēto. imo marmora resiliebant in ora collocantiū. Et ē documētuȝ φ sicut vestigia adhuc terra custodit. sic et nos custodire debemus in corde p̱ cōtinuam recordationē. ¶ Scd̄o dico φ dominus ascendit potent̄. quia p̱p̄ria ⁊ diuiā virtute. Un̄ p̄s. Exaltare dn̄e ī virtute tua can. ⁊ psal. virtutes tuas. Sicut enī xp̄s virtute diuinitatis seip̄m resuscitauit a morte ita p̱p̄ria virtute diuinitatis ascēdit. Et iste est gloriosissimus ascēdendi modus. Jn sacra enī scriptura rep̱it̄ quadruplex modus ascēdendi seu eleuandi. Primus ē translatio. sic fuit Enoch translatus. vt dicit̄ Gen̄. v. φ Enoch ambulauit coram deo ⁊ nō apparuit. q̄ tulit eū dn̄s. Un̄ ɔ̈ Ecclesi. xliiij. Enoch placuit deo ⁊ translatus est in paradisum. Secundus modus ē subuectio. sic fuit helyas subuectus. vt ɔ̈ .iiij. Reg. ij. φ cuȝ helyas ⁊ heliseus p̱gerent simul ecce curr⁹ igneus ⁊ equi ignei ⁊ helyas p̱ turbinem ascendit. Tertius modus est raptio. sic fuit raptus sanctus Paulus. vt ɔ̈ .ij. Coꝛ. xij. Scio hoīem in xp̄o ante annos .xiiij. siue in corpe siue extra corpus nescio. deus scit. raptum huiōi hoīeȝ vsq̄ in tertiū celū. Quartus modus ē ascēsio. ⁊ iste est modus nobilissimus ⁊ gloriosissimus. q̄ fit p̱p̄ria virtute. Sic ascēdit hodie dn̄s noster Jesus xp̄s.

Ideo dr ascẽsio nõ assumptio. qr assumere nõ est ppria v̾tute ſ; auxilio sicut pmi tres modi. ſ; ascẽdere ẽ ppria v̾tute. Unde hec ascẽsio ppria v̾tute elegãter figurata ẽ Jeremi. xlix. vbi ipe in spũ pvidit ascẽsionẽ xpi cũ dicit. Ecce q̃si leo ascẽdit ad pulchritudinẽ. Leo est aial fortissimũ. ideo p eũ signat ppria v̾t⁹ xpi ascẽdẽdi ad pulchritudinem id est ad celũ. Unde Aug⁹. in sermo. de ascẽsione. Sup excelsa celi terrenũ corp⁹. i. hũanitas ponit. Un̄ in euãgelio Nycodemi. Require in sermone resurrectionis. Un̄ p̃s. cognoscẽs in spũsancto ascẽsionẽ xpi dic. Cõfitebor tibi ĩ populis dñe. ⁊ psalmũ dicã tibi in gẽtib⁹. Quoniã magnificata est vsq; ad celos misc̃dia tua. ⁊ veritas tua vsq; ad nubes. Seqt̃ur. Exaltare sup celos deus. ⁊ super oẽm terrã glĩa tua. ℞ Tertio dico φ dñs ascẽdit gloriãter. Nã celestis exercitus cũ magna glĩa ⁊ reuerẽtia obuiauit sibi. Qḋ bene oñdit̃ per exẽplum. Nam si aliq̃s rex terren⁹ q̃ peregre pfect⁹ esset in terrã longinquã ⁊ diu extra stetisset. cũ ille repatriaretur sine dubio tot⁹ ppl'us obuiaret sibi reuerẽter. vt p; p experiẽtiã. ⁊ reciperet eũ cum magno honore. quãtomag̃ tũc dñs noster q̃ est rex angeloꝝ qui fuit in terra lõginqua cum hodie reuersus est: cũ honore ⁊ gloria recept⁹ est. Unde dicit Aug⁹. in s̾mone de ascẽsione. Lux oñdis eleuatũ agnosce militie celestis obsequiũ. Un̄ dicit p̃s. in p̾sona xpi ascẽdẽtis ad celestẽ exercitũ. Cum gloria suscepisti me. Et nõ inmerito. nam ipe dñs cũ corpe glorificato glĩose ascendit qḋ nullus angeloꝝ antea nunq; vidit. Dicit enĩ mgr̃ l. iiij. dist. xliiij. φ corpa sctõꝝ resurgẽt sine mortalitate cum agilitate. subtilitate. ⁊ claritate. Sic dñs noster resurrexit cum dotibus corpis pfectissime ⁊ clarissime. ⁊ sic ascẽdit in celũ valde glĩose ⁊ fulgide. Unde hoc cognoscit sapiens in spũsctõ. cum dicit. Eccl̃. xliij. In firmamẽto celi resplẽdẽs glĩose. Species celi ⁊ glĩa stellarũ mũdũ illuminãs in excelsis dñs. Un̄ Aug⁹. in sermo. ho. Sctũs ⁊ solẽnis dies ascẽsionis dñi nr̃i ihu xpi hodie illuxit exultemus ⁊ letemur in eo xps ascẽdit supna claruerũt. Et ideo ppter tam fulgidã ⁊ glĩosam ascensionẽ dñi aliq̃ ãgeli mirabant̃ ⁊ fecerũt questiões dicẽtes illḋ Esa. lxiij. Quis est iste q̃ venit de edom. tinctis vestib⁹ de bosra? Iste formosus ĩ stola sua: gradiens in multitudine v̾tutis sue. Unde dicit glosa. φ q̃dam angeli non plene cognoscentes mysteriũ incarnatiõis. passionis. ⁊ resurrectiõis vidẽtes dñm ascẽdentẽ ammirãtes dixerũt angelis comitãtib⁹ dominũ. Quis est iste qui venit de edom ⁊c̃. Dicit aũt Dyon̄. in lib. ãgelice hierarchie. c. vij. Qr cum xps ascendit facte sunt tres questiones ab angelis. Primã fecerũt maiores angeli adinuicem sibiipsis di. Quis est iste qui venit de edom ⁊c̃. Hoc est dicere. quis ẽ iste qui venit ita gloriose ⁊ fulgide de edom. id est de terra edom. Edom em̄ interpretat̃ terrenus. tinctis vestibus de bosra. i. dotib⁹ corporis glorificati. Iste formosus in stola sua. id est in humanitate. gradiens in multitudine virtutis sue. i. ascendẽs in multitudĩe claritatis. Tũc r̄ndere poterat xps illud Joh. viij. Ego sum lux mũdi. Et vere nõ tantum mũdi sed totius celestis patrie. Et ideo dic̃ Jo h̄es Apoc̃. xxi. Ciuitas illa non eget sole neq; luna vt luceant in ea. Nã claritas dei illuminabit eam. Qḋ cognoscẽs p̃s. in spiritusancto dicit. Decorem induisti. amictus lumine sicut vestimẽto ⁊c̃. S Secũdo fecerunt questionẽ supremi angeli ad christũ dicẽtes illud Esa. lxiij. Quare ergo rubrum est indumẽtum tuũ. ⁊ vestimẽta tua sic calcãtium in torculari? Dicitur autẽ dominum habuisse indumẽtum rubrũ. i. corpus suum cruẽtatum sanguine. ex eo φ adhuc dũ ascẽdit in corpore suo habuit cicatrices. quas voluit seruare quinq; de causis sm̄ φ dicit Beda Cycatrices em̄ dñs seruauit ⁊ in iudicio seruaturus est vt fidẽ resurrectiõis astruat. et vt p oibus supplicando eas patri representet. vt boni videãt φ misericorditer sint redempti. ⁊ reprobi agnoscãt φ iuste sint damnati. ⁊ vt deferat ppetue certum triũphũ sue victorie. Iḋ cũ angeli viderũt cycatrices ⁊c̃ Nõ inmerito dixerũt. Quare ⁊c̃. S; huic q̃stioni r̄ndit dñs sic Esa. lxiij. Torcular calcaui solus: ⁊ de gẽtibus non est vir mecũ. Et põt crux xpi vocari torcular. in qua tãq; in prelo passus ẽ. ita vt sanguis effunderet̃. Unde Ego solus torcular calcaui. ⁊ sic humanũ genus redemi. qḋ nullus de hominib⁹ poterat facere. Tertio fecerũt questionẽ minores angeli ad maiores oĩes vidẽtes xpm ita gloriose ascẽdere. dicẽtes illud p̃s. Quis ẽ iste rex glorie? Quibus illi r̄nderũt. Dñs v̾tutũ ipe est rex glĩe. Sed sm̄ hoc facit Dyonisi⁹ questionẽ dicẽs. Cum ipi supiores sint primi deo ⁊ imediate a deo illuminent̃. ⁊ inferiores a superioribus. quare abinuicẽ querũt

ac obinuicē discere cupiētes. Ad hoc vidēt ipe et etiam cōmētator exponit dicēs. In eo q̄ interrogāt signant se sciam appetere. In eo aūt q̄ p̄mo inter se cōferūt demōstrāt q̄ diuinā p̄cessionē nō audēt p̄uenire. Uñ de hac questiōe angeloꝝ et cōuenienti responsione alioꝝ dicit Aug⁹. sic. Sanctificat diuino comitatu vniuersus aer. et omnis illa turba demonū volitās p aera xp̄o ascēdēte traffugit. Cui occurrētes angeli q̄s esset sciscitantur dicētes. Quis est iste rex glie? Quib⁹ respondet. Hic est ille cādid⁹ et roseus. Hic est ille qui nō habuit spēm neq̄ decorem. Infirmus in ligno. fortis in spolio. fedus ī morte. pulcer in resurrectiōe. clarus in celo. ¶ Quarto dico q̄ dñs ascēdit letant. q2 cum oībus qui captiui fuerūt in lymbo ascēdit Nam postq̄ p̄mi parētes expulsi fuerunt d paradiso tunc ianua fuit clausa. quaꝫ nemo poterat aperire nisi xp̄s in hora ascensionis. Unde dñs Esa. xxij. P̄rātem dabo in manu eius: et dabo clauē dom⁹ dauid sup humerū eius. et aperiet et nō erit q̄ claudat. et claudet et nō erit qui aperiat. Et ideo ante ascēsionē dñi nullus poterat intrare regnū celoꝝ quātumcūq̄ sanctus et iustus. Uñ Heb. iij. dicit spūssanctus. Ipsi aūt nō cognouerūt vias meas q̄bus iuraui in ira mea si introibūt in requiem meam. Quibus autē iurauit nō intrare in requiem ipsius nisi illis qui precauerūt etc̄. Unde Zach. viij. Ante dies illos merces hominum nō erat etc̄. Unde Aug⁹. Ante aduentum christi q̄tumcūq̄ sanctus mercedeꝫ nō recipiebat pro bono opere suo sed ad infernū descēdebant vt Dauid. Daniel. Symeon etc̄. Johānes baptista et alij patres. sed in resurrectione christi sunt liberati. Unde legitur in euāgelio Nycodemi. Require ante in sermone p̄mo resurrectiōis. Et sic in ascensione a christo in celum sunt deducti. Unde p̄s. Ascendisti in altum. cepisti captiuitatem. Ecce q̄ preclare predixit dauid Unde etiam predictum est Mich. ij. Ascendit eñ iter pandens ante eos. Transibunt portam et ingredient per eam et transibit rex eorum coram eis. et dñs in capite eorum. O homo considera q̄ gloriose q̄ gaudiose xp̄s hodie cum sanctis qui per multa milia annorū in tenebris et in vmbra mortis fuerāt ascēdit et eos cum magno gaudio in celū duxit. Unde p̄s. Ascendit deus in iubilatione et dominus in voce tube. q. d. etc̄. Unde Esa. xxxv Qui redempti sunt a domino reuertētur in syon et venient laudantes. et leticia sempiterna super capita eorum. O quātū gaudiū est hodie factum. naꝫ celum apertum est. captiui sunt liberati et ad celestem gl'iam deducti et angelorum gaudiū est p̄pter hoc augmētatum. Nam q̄t anime hodie in celum sunt deducte tot speciales leticias acceperūt. Unde Baruth. v. Adducet eñ deus israel cuꝫ iocūditate in lumine maiestatis sue cum misericordia et iusticia que est ab ipso. Unde Aug. in sermone hodierno. Resurrectio dñi spes nostra est. ascensio domini glorificatio nr̄a est etc̄. ¶ Tertio p̄ncipaliter dico q̄ notatur christi supremus locatio. cum concluditur. Et sedet a dextris dei. Dextera est equalitas dei. Dicit eñ ph̄s vt supra in p̄ncipio. quare merito ascendit hodie ad dexteraꝫ. i. ad equalitatem. Unde ipe predixit h' Joh. xvi. Exiui a patre et veni in mūdum. iterum relinquo mūdū et vado ad p̄rem. Cui concordat p̄s. cum dicit in spūsancto. A summo celo egressio eius etc̄. Exultauit vt gygas ad currendum viā. Ualde eñ velociter ascēdit quādo tm̄ spacium quasi in momēto ptrāscurrit. Refert eñ rabbi moyses maxim⁹ philosoph⁹. q̄ q̄libet circulus siue celum cuiuslibet planete habet in spissitudine viam quingentoꝝ annoꝝ. i. tātum spaciū quātum aliquis de via plana in q̄ngentis annis posset ire. et distantia inter celum et celū est sil'r via q̄ngentoꝝ annoꝝ. et ideo cum sint septē celi siue sphere erit s'm eū a cētro terre vsq̄ ad concauū celi Saturni qd̄ est septimū celū via septē miliū annoꝝ. i. tm̄ spaciū q̄tum de via plana aliq̄s iret in septē milib⁹ septingētis annis si tādiu viuere posset. Ita tū q̄ quilibet ānus cōponatur ex tricentis et. lxv. dieb⁹ et iter cuiuslibet diei sit. xl. miliaria. et quodlibet miliare sit duoꝝ miliū passuū. Hec rabbi moyses. Iste igit' fuit magnus salt⁹ queꝫ fecit xp̄s de terra in celum. Unde de hoc saltu dicit Amb. Quodam saltu venit xp̄us in hunc mūdum. Apud p̄rem erat. in v'ginem venit. de virgine in presepe transiliuit. descendit in iordanē. ascendit in crucem. descendit in tumulum. surrexit de tumulo. et ascendit et sedet a dextris p̄ris. ¶ Sed est notandū q̄ xp̄s in ascēsu suo locauit electos suos q̄s secum vexit singulariter ad choros angeloꝝ s'm merita eoꝝ. Jō dixit Joh. xiiij. In domo p̄ris mei mās̄iōes multe sunt. Nā sancti s'm merita sua debēt remunerari. Et q̄a vt dicit magister lib. ij. dist. v. q̄ de quolibet

o:die aliq̄ ceciderit. Et ſm Greg. nō pn̄t niſi ꝑ hoīes repari, iō oportet ad quēlibet ordinē aliq̄s ſctōs locari ſm merita eoꝝ. Ideo dn̄s nr̄ in quolibet ordīe q̄n aſcēdit aliq̄s locauit. Et credit ab aliquibus ꝙ xp̄s oī die fecerat vnam māſionē τ vnā dietā a die aſcenſionis vſq3 ad pēthecoſten. τ ad quālibet māſionē duxiſſe eos ſm merita eoꝝ. Et ſic aſcēdit ad thronū trinitatis. Vn̄ Ephe. iiij. Qui deſcendit ipe eſt τ q̄ aſcēdit ſuper oēs choros angeloꝝ vt adimpleret omnia. Unde prima die aſcendit in ordinem angeloꝝ τ ibi locauit eos q̄ nō ꝓprijs meritis ſꝫ ſola merente paſſiōe xp̄i ſunt ſaluati. ſicut puuli renati fōte baptiſmatiſ. Nam āgeloꝝ officiū ē hoībus miſtrare τ mīora nūciare τ īſtruere hoīes vt iuſte viuāt. Vn̄ dicit Dyo. de celeſti hierarchia. Ad hūc eīn choꝝ videt ꝑuenire q̄ ex ſe parum boni agere ſciūt niſi ab alijs inducant. qui tamē ſeruāt p̄cepta eccleſie in ieiunio τ alijs obſeruantijs. ſꝫ ex ſe modicum addunt. qui tamen de numero ſaluandoꝝ ſūt inquātum ſe a peccatis cuſtodiunt. τ ſic in choro infimo collocāt. Vn̄ Grego. in omē. ſup illud. Erāt appropinquātes ad Jeſum pub. τ Hugo de ſctō victore lib. iiij. de clauſtro anime. xxiiij. c. diſtinguit has manſiones ſcdm modū āgelicaꝝ manſionum τ dicit. Scdm gradus ſpūalium ꝑfectuū in nobis differenter trāſimus in numerum angeloꝝ. Unde dicunt de iſtis q̄ in choro angelorū locant. Sūt nōnulli q̄ parua capiunt illi itaq3 in numerū. i. in māſiones angeloꝝ currunt. τ ſic de alijs ꝯſequēt. Unde ſm doctores tales ſunt de q̄bus xp̄s in pabola dixit Lu. xv. Mulier habēs dragmas decē ſi ꝑdiderit dragmā vnā accēdit lucernā τ euertit domum τ querit diligēter donec īueniat. Et cum inuenerit ꝯuocat amicas τ vicinas dicens. Congaudete mecum. quia inueni dragmam quam perdideram. Moraliter mulier habens decem dragmas eſt eſſentia diuina. Dragma eſt denarius in quo ſcripta eſt imago regis. τ ſignificat animam hominis ad imaginem dei creatam que perdita erat τ dominus inuenit. Ideo vult ex modo dicere. Habeo ī celo nouem dragmas. i. nouē ordīes āgeloꝝ. τ decimam. i. animam perditam ꝓpter peccatum veni querere τ ad hoc accēdi lucernam. q2 humanā naturam vniui diuinitati. τ euerti domū q2 circuiui predicādo. miracula faciēdo. τ dide poſui hāc lucernam ſupra cādelabrum crucis. τ ſic dragmam. i. aīam ꝑditam inueni. qua īuēta feci totam āgelicam ſocietatem mecū gaudere. qd̄ hodie impletū ē. Vn̄ ſequit ꝙ xp̄s dixit Lu. vbi ſup. ita dico vobis. Gaudium erit āgelis dei τc. Y

Scd̄a die dr̄ fuiſſe in ordīe archāgeloꝝ. τ ibi collocaſſe ſāctos qui meruerūt ad iſtū ordiem aſſumi. Eſt autem officium archāgeloꝝ ſcdm Dyoniſiū. ꝙ maiora nūciāt de fide. vt de natiuitate xp̄i τ factis τ ꝓphetias reuelare. Vn̄ dr̄ Luce. i. Miſſus ē āgelus Gabriel τc. ꝯſequēt Gabriel eſt archāgelus. Sic hoīes q̄ nūciāt alijs τ īſtruūt eos ī fide chriſti vt ſe in bonis operibus exerceant locātur cum archāgelis. Vn̄ Greg. τ Hugo vt ſupra. Unuſquiſq3 veſtrum ſi ꝓximum exhortari ad bn̄ opādū curat τ eū a prauitate reuocat τ eternū ſuppliciū denūciat ꝑfecto eſt āgelus. quo iſti niſi inter archāgeloꝝ numerum deportantur. τ tales xp̄s ſcd̄a die ī choro archāgeloꝝ collocauit. Tertia die dicitur fuiſſe ī choro virtutū. et ibi collocaſſe ſanctos qui meruerūt aſſumi ad iſtū ordinē. Quoꝝ officium eſt ſm Dyo. mirabilia facere. τ potiſſime relucet diuina virtus in eis propter quod per eos virtus diuina faciendi mirabilia cōceditur viris ꝑfectis q̄ fecerūt multa mirabilia. Ideo dixit xp̄us Jo. xiiij. Qui credit in me. opa que ego facio τc. Sed nota ſi placet de9 facit mirabilia ꝑ autoritatē. āgeli ꝑ immutatiōem materie. demones ꝑ virtutes naturales rebus īſitas. magi ꝑ occultos ꝯtus cū demonibus. boni xp̄iani ꝑ iuſticiam publicā. mali xp̄iani ꝑ ſignū publice iniuſticie. Vn̄ dicit Aug. Miracula hoīem ſāctū nō faciūt: ſed oſtēdūt. neq3 quicūq3 qui miracula facit hꝫ ſpiritū ſctū. q2 τ mali aſſerunt ſe feciſſe miracula. Sed mō qui faciunt ſpūaliter miracula ita ꝙ mortuos peccato. verbo diuino ꝯſilio τ auxilio ſuſcitāt. ꝑ cōtritionē curant ꝑ cōfeſſionē leproſos mūdāt. pigros excitāt ad ſatiſfactionē. ſicut potiſſime faciunt ſacerdotes qui peccatores ligatos vinculis peccati vnico verbo autoritate dei abſoluūt τ ſic mortuos peccato reſuſcitāt. Et omnes qui in ſemetipſis ſpiritualiter mirabilia faciūt ſeipſos ſuſcitando a morte peccati tales locant in choro virtutū. Unde Greg. vt ſup. Sūt alij q̄ mira faciūt ſigna valēter opantes. quo ergo iſti niſi ad māſionem τ numerū virtutū locant. Z Quarta die dicitur fuiſſe in choro poteſtatū. τ ibi collocan

tur ꝛc. Quoꝝ officiū ē ſm Dyoni. coercere
demones ne tantū noceant hoībus q̄ntū cu-
piunt. Qḋ pȝ in Apoca. xx. vbi dicit̄ q̄ āge-
lus habuit cathenā ⁊ ligauit dyabolū ⁊ mi-
sit eū in abyssum. Ad illoꝝ choꝝ ptinēt q̄ tē
ptationib⁹ demonū ⁊ carnis ⁊ tribulatōibus
mūdi resistūt. ⁊ sic viriliť dyabolū vincunt.
Vn̄ Gregori. Sūt nōnulli q̄ de obsessis cor-
poribus sp̄us malignos fugāt ⁊ eos v̄tute
orōis eijciūt. iō ipi mānsionē int̄ ptātes hūt.
Quinta die dr̄ fuisse in choro p̄ncipatuū. et
ibi collocāt̄ ꝛc. Quoꝝ officiū est ſm Dyoni.
docere hoīes īferioris grad⁹ maiorib⁹ debi
tā reuerentiā exhibere. sicut regib⁹ p̄ncipi-
bus ⁊ p̄latis obedire ꝑpť amorē dei. ac ma-
iores docere pp̄lm subditū ſm iusticiā dei
⁊ regere. Ad istū igiť choꝝ ptinent oēs q̄ re
gunt pp̄lm subditū ſm iusticiā dei siue sint
p̄lati seculares siue religiosi siue reges. Et ĩ
feriores siue religiosi siue seculares q̄ seip̄os
iugo obedientie ꝑpť deum voluntarie astrī
xerūt. Unde Grego. Sūt nōnulli q̄ acceptis
virtutib⁹ merita electoꝝ hoīm trāscēdunt.
id est ꝑ obedientiā merita accipiūt. Sexta
die dr̄ fuisse in choro dn̄ationū. q̄ iō sic vo-
cant̄. q2 ceteris angelis dn̄ant̄. Quoꝝ offi-
cium est ſm Dyoni. instruere in bello sp̄uali
quō hoīes debent dominari mēbris ⁊ sensi-
bus suis ne errent in bn̄faciendo. Ad istuȝ
chorum pertinent omnes qui potent̄ mem
bris ⁊ sensibus dn̄ant̄ ne mala faciant. Vn̄
Grego. Sunt nōnulli q̄ sic in seipis cunctis
vicijs ⁊ desiderijs dn̄ant̄ vt ex mūdicia vite
int̄ hoīes dij vocent̄. quo igitur isti: nisi int̄
dn̄ationes currunt A Septima die dr̄
fuisse in choro thronoꝝ: qui ideo dicūt̄ thro
ni eo q̄ deus in eis sedeat ⁊ sua iudicia dis-
cernat. Quorum officium ē ſm Dyonisium
instruere hominem dei equitatem ⁊ iusticiā
ideo dicuntur libra iudicij. Unde ipsi sunt
isti angeli de qub⁹ dicitur Math. xiij. Exi-
bunt angeli ⁊ separabūt malos de medio iu
stoꝝ. Ad hoꝝ choꝝ locant̄ qui sequunt̄ eo-
rum doctrinaȝ vt tan q̄ in libra sp̄ualia car-
nalibus. eterna temporalibus preponunt.
vt qui in hac libra deo impendunt honorem
ꝑximo dilectionem. carni castigationē. Vn̄
Grego. Sunt nōnulli qui sibimetipis sapiē-
ter ⁊ vigilant̄ dominantur. discutiunt se deo
semꝑ inherentes. recte alios iudicant. ac se
iuxta proximos iuste tenent. In his velut ī
throno deus sedet. cuncta mirabiliť exami
nat. Quid isti sunt nisi throni sui conditoris

⁊ ad mansiones sup̄narum sedium ascribū
tur. Octaua die dicit̄ fuisse in choro cheru-
bin. quod ideo dicunt̄. quia in plenitudine
scie p̄ ceteris relucēt radio diui luminis: ex
eo q̄ prime veritati intimius coniūguntur
Quorum officium est ſm Dyoni. plenitudi-
nem sapientie quam in fonte prime v̄itatis
hauriunt alijs inferioribus communicare ⁊
diffundere. Ad hoꝝ choꝝ locant̄ doctores
qui habent plenitudinē scīe sacre scripture.
⁊ ꝑpť dilectionem dei ⁊ ꝑximi corda fideli
um imbribus sapientie irrigarunt. Vn̄ gre-
go. Sunt nōnulli qui plenitudinem accepe
runt q̄ cherubin iure nominantur. quia in
dilectione dei ⁊ ꝑximi pleni sunt. Hi sortem
mansionis sue inter cherubin pcipiunt. No
na die dr̄ fuisse in choro seraphin. qui dicū-
tur in seipsis ardentes. ⁊ ibi collocant̄ ꝛc.
Quorum officium est ſm Dyoni. hominem
in die amore accendere. Ad horum chorum
ptinent ꝑprie apostoli ⁊ martires qui tan-
tum in diuino amore arserunt q̄ ꝑpter ipȝ
omnia temporalia reliquerunt ⁊ ꝑ amore
xp̄i supplicium mortis ptulerunt. ⁊ ad eius-
cis puritate. ⁊ sanctos superas sanctitate.
quapropter laudat᷑ e᷒ualit᷑. ꝑ illud Judith
xv. a tota trinitate. Tu gloria hierusalem.
id est celestis patrie. tu leticia israel. i. ãge-
lorꝝ. tu honorificentia populi mei. i. omniuꝫ
electorum. Et hec est pars optima quã ele-
git Maria. ⁊c. ⁊c̃.

De eadem. sermo. xlix.

In israel heredita-
re ⁊ in electis meis mitte ra-
dices. Eccle. xxiiij. Nõte kmi
dicit eñ Richa. de sancto victore ꝙ nihil a
throno dei muneris defluit quod per man᷒
Marie nõ trãsierit. Hinc est eñ ꝙ sapiẽs
in sp̃ũsancto hoc cognoscens dicit in porso-
na dei ad Mariã. In israel hereditare. i. in
eterna vita. ⁊ mitte radices. id est tuas ṽ-
tutes ⁊ ꝑfectiones: in electis meis. q̃ oẽs
eternaliter debent congaudere de affluen-
tia omnium bonorum tuorum. ※ Est
notandum ꝙ virgo maria hodie in sua as-
sumptõe ꝑcurrendo transcendit nouẽ cho
ros ãgelorꝝ. ⁊ in quolibet choro cõmunica-
uit angelis de suis virtutibus ⁊ ꝑfectiõib᷒
quod bene cognoscens sapiens ex instinctu
spiritussancti dicit in persona ṽginis de ea-
dem exaltatione ac perfectiõe ⁊ ṽtutũ cõ-
municatiõe. In omnibus requiem q̃siui: ⁊ ĩ
hereditate dñi morabor. Tunc precepit ⁊
dixit mihi creator omniuꝫ: ⁊ qui creauit me
requieuit in tabernaculo meo. Et dixit mi
hi. In iacob inhabita. ⁊ in israel heredita-
re. ⁊ in electis meis mitte radices. Sequi-
tur. Quasi cedrus exaltata sum in libano ⁊
quasi cipressus in monte syon. q̃si pal. exal.
sum in cades. ⁊ quasi plantatio rose in hie-
richo. quasi oliua speciosa in campis. Seq̃-
tur. in plateis. i. in choris angelorum. sicut
cinnamomum ⁊ balsamũ aromatizãs odo-
rem dedi. quasi mirrha electa dedi suauita
tem odoris. Et quasi storax ⁊ galban᷒ ⁊ vn
gula ⁊ gutta. ⁊ quasi libanus non incisus
vaporaui habitationem meam. ⁊ quasi bal
samum non mixtum odor meus. Ecce quo
modo sapiens in spiritusancto cognouit ex
altationem Marie ⁊ communicationeꝫ ꝑ
fectionum suarum partitam angelis ⁊c̃.
Uñ primo cũ ascendit chorꝝ angelorũ. tũc
angeli receperunt magnum gaudiũ. q᷑ vi-
derũt ꝙ numerus eorꝝ augmentabat᷑. Naꝫ
vt dicit xp̃s Lu. xv. Gaudiũ est angelis dei
sup ⁊c̃. Et si hoc fit ꝓpter peccatorem. q̃d
tũc factum est ꝓpter Mariam que caruit
omni peccato. ⁊ que fuit pulcherrima crea
tura. absq̃ dubio. tanto maius gaudium
quãto maria fuit sanctior ⁊ pulchrior. Uñ
ꝓ gaudio ṽ eius pulchritudine ãmirati sũt

τ bñ dixerūt q̄ð sapiēs in sp̄ūsctō cognouit dicens. Can̄. vi. in psona angelor. Que est ista que pgredit̄ sicut aurora cōsurgēs. pulchra vt luna. electa vt sol. Hoc q̄nē fecerūt pp̄ter pulchritudinē τ pfectionē quā viderunt in ea. Nā ip̄. habuit pfectōes τ pprietates oīm angelor in se. Est eñ pfectio ppietas τ officiū angelor in īfimo choro sp̄ hoibus mīstrare vt dicit Dyo. de celesti hierar. Certe hoc pfecte habuit in se maria. ipsa enim ministrat hoibus īpetrādo τ dādo grām dei. Unde dicit Bern̄. Intuemini q̄nto eam dñs honorare voluit q̄ plenitudinē tot⁹ boni posuit in mariā vt p eā quicq̄d in nobis est grē τ salutis ab ea nouerim⁹ redūdare. τ iō dicit. Eusebius in ser. Nullo tēpore aut momēto sic vixisti vt aliquū expers fueris grē τ auxilij matris xp̄i. Cum igit̄ angeli h̄ viderūt τ in ea cognouerūt bñ poterant dicere. O dña pp̄ter pulchritudinē τ officium in q̄bus nobis silis es. immo excellis: digna es manere nobiscū. quia pfecte in te habes ppriū τ officiū nrm̄. τ gaudiū nrm̄ augmentat̄ de tua p̄ntia. iō ne deseras nos vt altius ascēdas. R̄ndit maria. vt bene elicit̄ ex p̄dictis. Non vos desero. sed sicut cinnamomum inter vos maneo sicut p̄dictum ē. Ju pla. sicut cin. τc. τ ad dilectū filiū altr⁹ ascendo. ⁋ Et sic secundo ascendit ad chor archangelor. Qui similiter receperunt magnum gaudiū τ cum vidissent eam pulchriorem τ pfectiorē dixerūt. Que est ista q̄ pgredit̄ τc. Q̄ð autē fuit pulchrior τ dignior eis ostēditur. Nam archāgelor officium τ pprietas est s̄m Dyoni. q̄ maiora nunciāt d̄ fide. vt de natiuitate xp̄i pphetias reuelare. Uirgo autē nō solum sciuit sed in eo oīa de facto cōpleta sunt. quia ip̄a cōcepit τ peperit illū de q̄ oīa pphetata v̄ificata sūt. Un̄ Luce. i. dixit Elizabeth Beata que credidisti τc. scz que angelus dixit Luce. i. Ecce cōcipies τ paries filium τc. Un̄ dicit Bernar. Inuenisti grām quā ante nemo īuenire potuit. scz grām apud deum. que grā est pax inter deum τ hoīem. τ destructio mortis τ repatio vite. Cum aūt archāgeli hoc viderunt bene poterant dicere. O dña digna es nobiscum manere quia videm⁹ τ cognoscimus in te dei secreta eē 9pleta. ideo ne deseras nos vt altius ascendas. Nam etiā gaudiū nrm̄ de tua p̄ntia augmentat̄. Respondit maria Nō vos desero: sed sicut balsamum aromatisans vobiscū maneo τ altius ad filiū ascendo. Et sic tertio ascendit ad chor virtutum q̄ similiter receperūt magnum gaudiū. qui cum vidissent eā pulchriorē τ potētiorem ip̄is dixerūt. Que est ista τc. Quod autem fuit pulchrior τ potētior patet. Nam eorū officiū s̄m Dyoni. est miracula facere. Uirgo aūt non solum fecit miracula sed p eam inaudita et cōtra naturam p diuinā potētiam facta sunt. Nam ip̄a est illa v̄go de qua Esa. vij. d̄r. Ecce v̄go cōcipiet τ pariet filiū quod fuit et ē maius mirū q̄ð vnq̄ fctm̄ ē. Unde Bern̄. in sermōe de annunciatione virginis. O dña q̄ familiaris facta es deo. q̄ intima. q̄ pxima. τ quātam gratiam inuenisti apud deum. grām plenā τ grām singularem. Nam tuo amore inflammatus vt d̄ celesti sede descēderet in hāc vallē miserie vt te acciperet in matrē τ totū tempus quo hic sustinuit in corpore viderentur dies illi pauci p̄ amoris magnitudine. Quod virtutes videntes τ cognoscentes bñ poterāt dicere. O dña digna es nobiscū manere. quia maiora p te facta sunt τ pfectionē τ officium nostrū in te pfectius habes. ideo ne deseras nos vt altius ascendas. Nam gaudium nostrum per te augmentat̄. Respondit Maria. Non vos desero. sed vt mirrha electa inter vos maneo vt altius ascendam. Unde canit ecclesia. Sicut mirrha electa odorē dedisti suauitatis sancta dei genitrix. Et sic ascendit per primam τ infimam hierarchiā τ puenit ad choros medie hierarchie in qua sunt potestates principatus et dominationes. ⁋ Ueniēs igit̄ ad chorum potestatum qui receperunt magnum gaudium. τ vidētes eā τ cognoscētes p̄ admiratōe dixerūt cū alijs prime hierarchie. q̄ est ista que pgre. τ addentes illud. terribil. hoc addiderunt. quia isti in media hierarchia sunt potētiores illis tribus in infima hierarchia. Unde officiū potestatū est s̄m Dyoni. confortare certantes in sp̄uali certamine τ coercere demones ne tantū noceant hominibus quantū cupiunt. Uirgo aūt maria totaliter vicit inimicum. id est dyabolū Unde dicit̄ de ea Ben̄. iij. Ip̄a conteret caput tuum. Unde Bernardus sup missus est dicit. Cum hec victoria seruata est nisi marie Ip̄a eñ caput venenatū contriuit. Ip̄a est illa mulier quam salomon querebat cū dixit. Mulierem fortem quis inueniet. Q̄ð potestates in ea cognoscentes bene poterant dicere. O domina digna es nobiscum ma-

nere. quia potentior nobis es. ⁊ nō tantū demones refrenasti. verūetiam vicisti. ⁊ sic ꝑfecte confortasti certātes in bello spirituali cuȝ inimicū sic vicisti. Ideo nō deseras nos vt altius ascēdas. Nam gaudiū nr̄m per te augmētatur. Respondit Maria. Non vos desero sed tanq̄ storax arboris vobiscum maneo. Est aūt arbor cuius ꝟgule lachrymas fluūt ex quibus preciosum pigmētum conficitur. qđ est valde ꝯfortatiuū. Sic ego maneo vobiscum ꝯfortans vos vt fortius possitis resistere diabolo ꝓ hominib⁹. ⁊ eos cōfortare ⁊ altius ascēdam. Et sic ascendit ad chorū ꝑncipatuū. Qui cū eam viderūt receperūt magnū gaudiū ⁊ pre admiratiōe dixerūt. Que est ista que ⁊c. addētes. terribilis. hoc etiā dixerūt. Nā eoꝝ officiū est ſm Dyonisiū regnis ⁊ ꝓuincijs presidere ⁊ propt dei amorē ⁊ honorem iusticiā facere. sed Maria nō tm̄ primatum habuit per vnam ꝓuinciā vel duas sed per totū mūdū. Iuxta illud Eccl'. xxiiij. In om̄i populo ⁊ in om̄i gente ꝑmatum habui. Unde dic̄ Amb. in libro de conceptu ꝟginali. O dn̄a nil tibi equale ⁊c. Sequitur. Excellentium ⁊ sublimium colla calcaui. quasi dicēt ꝓpter iusticiam. Unde canit de ea ecclesia. Cunctas hereses sola interemisti in vniuerso mundo. Nō ꝑncipatus in ea cognoscētes bene poterant dicere. O dn̄a digna es nobiscū manere. q̄a tu excellis nos in presidētia ⁊ instructione iusticie ⁊ destruis iniusticiā ⁊c. Rn̄dit Maria. Ego vos nō desero sed sicut galban⁹ vobiscum maneo. Est aūt galbanus herba cuius succus serpētes fugat circūquaq̄ ⁊ vulnera sanat. Sic maneo vobiscum vt melius possitis nō tm̄ in vna ꝓuincia vel in duab⁹ sed per totum mūdum regere ⁊ inimicos fugare ⁊ opatiōem iusticie exercē ⁊ hereses in hominibus sanare. Et sic ascendit ad chorū dn̄ationum. Qui cum eā viderūt receperūt magnū gaudiū. ⁊ pre admiratiōe dixerunt Que est ista ⁊c. addētes: terribilis. Nā eoꝝ officiū est ſm Dyon̄. homines instruere ī bello spūali. qualiter prelati officium prelationis debeant exercere vt cuȝ dilectiōe ⁊ timore dei populuȝ sibi subditū regāt. necnō quomodo homines debēt dn̄ari membris ⁊ sensibus suis ne errēt in benefaciēdo. Certe h̄ ꝑfecte fecit Maria. Un̄ dr̄ Eccl'. xxiiij. Ego mater pulchre dilectiōis ⁊ timoris ⁊c. Unde Amb. de ꝟginitate. Talis fuit Maria vt eius vita omniū sit disciplina. Nō dn̄atiōes in ea cognoscētes bene possunt dicere. O domina digna es nobiscuȝ manere quia tu plenius q̄ nos homies instruis. ergo nob̄ non subtrahas tuaȝ pn̄tiom. Respondit Maria. Nō vos desero sed sicut vngula vobiscū maneo. Ungula enī carni inseꝑabiliter est coniuncta: sic Maria ipsis cum sua sctā disciplina vt sic perfectius possint homines instruere.

¶ Transactis igitur ordinibus inferiorum ⁊ medie hierarchie peruenit ad choros supreme hierarchie. vbi sunt throni cherubin ⁊ seraphin. Et primo ad choruȝ thronorum. qui eam videntes dixerūt. Que est ista ⁊c. Sequitur. terribilis vt castroruȝ acies ordinata. Hoc dixerunt. quia ipsi sunt ꝑ ceteris ordinati pulchrius. Hoꝝ enī officiū est ſm Dion̄. instruere hominē dei iusticiaȝ ⁊ de⁹ quiescit ⁊ sedet in eis ⁊ iudicia sua exercet. Certe hoc perfecte fuit in Maria. Nā ipse deus requieuit in ea ⁊ assumpsit humanā naturam ex ea. Unde Heb. ij. Nusq̄ enī angelos sed semen abrac apprehēdit. Unde dicitur Eccl'. xxiiij. Qui creauit me requieuit ī tabernaculo meo. Un̄ Bern̄. super missus ē. Uirgo regia gē. ꝟtutum or. mēte ⁊ corpore deo specie sua ⁊ pulchritudine suo in celestibus cog. eterni regis animū in sui ꝯcupiscē. inclinauit ⁊ ꝓuocauit. Dicūt ergo throni. O dn̄a digna es nobiscū manere vel esse. quia deus nouē mensibus in vtero tuo requieuit tanq̄ in throno. nō vt exerceret iudicia puniētis. sed potius vt daret gratiā iustificantis. ⁊ dura iudicia mollefaciētis. Respondit Maria. Non vos desero sed tanq̄ gutta stillans inter vos maneo. Nam sicut gutta stillans dura mollia facit. sic Maria mollificauit deuȝ vt sua dura iudicia mollificaret. Et sic ascēdit ad chorum cherubin. qui vidētes pulchritudinē eius dixerūt. Que est ista ⁊c. vt castroꝝ acies ⁊c. Hoc pre magna admiratione dixerūt. q2 nō tm̄ viderūt eius pulchritudinem verūetiam sciētie plenitudinē. Nam hoꝝ officium est ſm Dyon̄. plenitudinem sciētie quā in fonte ꝑme veritatis hauriunt alijs infundere ⁊ homies ad dei ꝯgnitiōem ꝓmouere. Certe hāc plenitudinē scientie ꝑfecte habuit Maria. Unde dicit Eccle. xxiiij. Ego mr̄ agnitiōis. scȝ diuine sapiētie ⁊ scientie. Unde Orige. Qui seipsum tali matri in filium dedit nihil est omnino quod ei pre om̄ibus creaturis nō patefecerit: sed de occultissimo fonte trinitatis profundius om̄ibus creaturis hausit. Unde hāc diuinā

sapiētiam.i.filium q̄ est sapiētia p̄ris q̄ fuit incognoscabilis ⁊ inuisibilis p̄sētauit toti mūdo quādo enim genuit in hūc mundum. Unde Bern̄. O venter venerabilis capacior celis diffusior terris: qui illum circumdedit quē totus mūd⁹ apprehēdere nō potuit. tu ōndisti mūdo dominū suū quē nesciebat. tu exhibuisti mūdo redemptorem suū quē ante nō videbat. Dicunt ergo cherubin. O domina digna es nobiscum esse. quia tu perfecti⁹ habes plenitudinem scientie ⁊ nō tantū p̄monuisti hominē ad dei cognitiōem. verūetiam eū fecisti visibilē ⁊ presentasti eum mūdo. Respondit Maria. Non vos desero ſ; sicut libanus nō incisus vobiscum maneo. Libanus em̄ interpretatur candidatio. Nam sicut vos habetis hominē ad cognitiōem dei p̄mouere. sic ego sicut libanus vobiscum maneo. Nam beati mūdo corde ⁊c̄. Et sic ascendit ad chorū seraphin. qui videntes eam receperunt magnū gaudium. ⁊ pre admiratione dixerunt. Que est ista ⁊c̄. Et hoc dixerūt nō tm̄ p̄pter eius pulchritudinē. verūetiam p̄pter eius nimiam dilectiōem. quia fuit in dei dilectiōe super om̄es creaturas accensa. Unde eorum officium est s̄m Dyon̄. hominē in dei amore accēdere. Certe hoc perfecte fecit Maria. quia exēplo ardentissimi amoris ad filium accēdit nos: ⁊ inducit ad amorem dei. Nam filius dicit Joh. xiiij. Si quis diligit me sermonē meū seruabit. sed ad h̄ inducit nos Maria cū dicit Joh. ij. Quicq̄d dixerit filius meus hoc facite. sc; sermonē ⁊ preceptum eius facite tunc diliget eum ⁊ ipse diliget vos. Nam ipse dicit. Qui diligit me diligetur a patre meo ⁊c̄. Unde dicit Bern̄. Tu es mater misericordie. tu es mater iudicis. tu es mater exulis. tu es mater dei et hominis. cum sis mater vtriusq;: discordiam inter eos sustinere nō potes. Dicunt ergo seraphin. O domina nobiscum debes manere quia tu accendis ⁊ inducis hominē ad dilectiōem dei. Respondit Maria. Non vos desero ſ; tanq̄ balsamū nō mixtum inter vos maneo. Balsamū em̄ impermixtum est boni odoris. sic dilectio impermixta creaturis ē deo valde grata. quia vnit aīam deo. Unde .i. Joh. iiij. Deus charitas est ⁊c̄. Et sic patet quō Maria discurrēdo per choros angelorum cōmunicauit eis de perfectiōibus suis. Unde angeli bene dicunt de ea illud Cant. iiij. Emiss. tue padi. Quare tota celestis curia eternaliter merito laudat eam. per illud Judith. xiij. Benedicta es tu a dn̄o deo excelso pre om̄ibus quia hodie nomen tuū ita magnificauit vt nō recedat laus tua de ore hominū. Et sic ascendit super om̄es choros angelorum s̄m Hieron̄. vt de ea dicat̄. Ascēdit super cherubin ⁊c̄. Unde canit ecclesia. Exaltata es ⁊c̄. Reqre in p̄cedēti sermōe.

De sancto Bartholomeo. Sermo .l.

Inuenerunt me custodes ciuitat̄ p̄cusserūt me et vulnerauerūt me. tulerūt pallium meū. Cant. v. Notate charissimi. Dicit em̄ Aug⁹. Si except⁹ es a passiōe flagellorū exceptus es a numero filiorū. Cum igr̄ xp̄s elegit apostolos ad numerū filiorū dei: etiā elegit eos ad passionē per quā saluant̄. Hic est em̄ q̄ btūs Bartholome⁹ vt ōndat se eē de numero saluādorū ac filiorū dei. ideo bene dicit se multipliciter esse passum. cum dicit. Inuenerūt me ⁊c̄. In q̄bus q̄dē v̄bis tria notātur per que mod⁹ passiōis sancti Bartholomei ōnditur s̄m triplex genus martyrij q̄d sustinuit. P̄mū est inimicabilis cōprehēsio. q̄d notatur cū d̄r. Inuenerūt me custodes ⁊c̄. Secūdum est intolerabilis p̄cussio cū additur. percusserūt me. Tertium est passionis amara p̄summatio cū p̄cludit̄. vulnerauerūt me. tulerūt pallium meū. B

Dico p̄mo q̄ notat̄ inimicabilis cōprehēsio scti Bartholomei cum dicit̄. inuenerūt me. Circa q̄d notādum q̄ xp̄s dixit discipul' suis q̄ deberēt ligari ⁊ interfici p̄pter eum. vt habet̄ Joh. xv. q̄ dixit. Memētote sermonis mei. non est seru⁹ maior dn̄o suo. Si me p̄secuti sunt ⁊ vos persequētur. Certe h̄ fuit in sctō Bartholomeo impletū. Un̄ legitur q̄ post ascensionē dn̄i diuisis ap̄lis in diuersis mūdi partibus vt fidem xp̄i predicarēt. sicut xp̄s eis cōmisit dicēs. Marc. vlti. Euntes in mūdum vniu̇sum predicate euāgeliū ⁊c̄. Sctūs v̄o Bartholome⁹ preceptum domini fideliter īpleuit. Nam vt testat̄ Theodorus doctor precipuus q̄ dicit q̄ sanctus Bartholome⁹ q̄n ad p̄dicādum iuit audiuit a dn̄o. Uade discipule me⁹ ad predicādum. exi ad pugnam. esto capax periculorū. ego p̄summabo opus tuū. imitare ingrm̄ tuū. passus sum p̄ te. redde vices ⁊ sustine. Apostolus v̄o vt fidelis famulus acq̄escēs dn̄ico precepto pergit gaudēs tanq̄ lux mūdi vt tenebrosos illuminaret. Unde p̄mū q̄dē

in lycaonia p̄dicauit. postmodū i idia. ad vltimū i albana ciuitate. Hec ille. Cū aūt san. Bartho. venit in indiā vt legit que ē in fine orbis terre itrauit tēplū in quo erat ydoluz noīe astaroth. et quasi pegrinus ibi manere cepit. in hoc idolo qdā demō habitauit q̄ dicebat se languētes curare. sz nō sanādo sub ueniebat. sed a lesiōe cessando. Et cum templū eēt plenū languētibus et ab ydolo rn̄siz habere nō possent ad aliā ciuitatē pręrexerūt vbi aliud ydolū noīe berith colebat. Et interrogantibus cur eis astaroth responsum nō daret. Respondit et dixit. Deus vester cathenis igneis constrictus est. nec suspirare nec loqui audet ex illa hora qua apostolus dei Bartholomeus ingressus est. Dicunt illi. Et quis est iste Bartholomeus? Et demō. Amicus dei omnipotentis est. et ideo venit in istam prouinciam vt omnes deos Indie euacuet. Et illi. Dic nobis signa eius vt eūz inuenire possimus. Quibus demon ait. Capilli eius nigri et crispi. caro candida. oculi grādes. nares equales et directi. barba plixa. paucos canos habens. statura equalis. Induitur pallio albo et purpura vestitur. xxvi. anni sunt ex quo vestes et sandalia eius nec veterascunt nec sordidantur. Centies p diem flexis genibus orat. et centies per noctem. Angeli cum eo ambulant quinunq̄ eum fatigari nec esurire permittunt. Semper eodē vultu et aīo letus pseuerat. Oīa p̄uidet. oīa nouit. linguis omniū gentiū loq̄tur. et intelligit oīa. Et q̄ iam loquor vobiscuz ipe nouit. et quando quereti eum si vult ostendet se vobis. Si autē nō vult non poteritis eum inuenire. Rogo autem vos vt cū eum inuenietis rogate eum ne huc veniat: ne angeli sui mihi hoc faciant qd̄ socio meo iam fecerunt. ¶ Cum autem p duos dies eum sollicite querentes minime inuenissent. Quadā die quidā demoniac⁹ exclamauit dicē. apl'e dei Bartholomee icēdunt .i. iflāmāt me orōes tue. Cui apostolus. Obmutesce et exi ab eo et statim liberat⁹ ē. Qd̄ audiēs rex regiōis illi⁹ noīe Polemi⁹ qui habuit filiā lunaticā. misit ad apl'm. rogās vt ad eū veniret. ad quē cū apl'us venisset. et eam cathenis ligatā videret. nā accedentes ad eam morsibus lacerabat. iussit eam solui. cū aūt ministri ad eā accedere nō auderent ait. Ego demonē q̄ in eo erat iam ligatū teneo: et vos timetis et stati liberata est. Tūc rex camelos auro et argento et p̄ciosis lapidibus onerauit: apl'm inq̄ri faciēs. sed nullatenus inuenire potuit. Mane aūt sequenti apparens apl's cū solo rege i cubicl'o dicēs. Ut qd̄ me cū auro et argēto tota die q̄sinsti i ista munera nō sūt mihi necessaria. sz his q̄ terrena requirūt. Ego aūt nihil terrenū. nihil carnale desidero. Tūc san. Bartho. cepit eū multa docere de mō redemptōis nr̄e: ostendens inter cetera x̄pm vicisse dyabolū p q̄tuor scz per mirabilem cōgruentiam. potētiam. iusticiam. et sapiam. Congruuz enī fuit vt qui filium virginis .i. adam factum de virginea terra: dum adhuc eēt v̄go vicerat: a filio v̄ginis .i. a x̄po vinceret. Scd̄o per potentiā. nā potenter ipm vicit. cum eum p̄ua uit sua ptāte quā vsurpauit dyabolus p deiectōe primi hoīs. Tertio p iusticiam. nam iustum fuit vt q̄ comedēte hoie vincens hominem detinebat. a ieiunante victus hoīem ampli⁹ nō teneret. Quarto p sapiam. nam sapiēter ars diaboli deludit arte x̄pi. Et cū sic ei fidem multiplicit p̄dicasset dixit regi. q̄ si baptizari vellet deum suuz ligatum cathenis igneis sibi ou̅deret. Sequenti igitur die hora prima iuxta regis palatium dum pōtifices idolo sacrificarent cepit demō clamare et dicere. Cessate miseri sacrificare mihi ne peiora me patiamini. q̄ cathenis igneis ab angelis Jesu x̄pi quē iudei crucifixerūt religatus suz. Statimq̄z oēs miserūt funes vt simulacrū euerterēt. sz nō potuerūt. apl's aūt demoni p̄cepit vt inde exiēs ydolū comminueret. Qui statim exiens oīa ydola templi p seipm cōfregit. Tunc vniuersus ppl's clamauit dicēs. Unus est de⁹ Bartholomei. Tunc apl's expansis manib⁹ orauit ad dn̄z dicēs. Dn̄e deus meus sana istos vt cognoscant nomen tuum: statiz omnes infirmi curati sunt. apl'us aūt tēplum deo dedicauit: et demonem in desertum abire p̄cepit. Tunc angel⁹ dn̄i ibidē apparuit et tēpliī circūuolans in quattuor angulos signū crucis digito suo sculpsit dicens. Hec dicit dn̄s. Sicut vos oēs a vestra infirmitate mundani. ita et templum hoc ab oī sorde mundabitur et ab habitatore eius quem apl's in desertum locū abire p̄cepit. prius tn̄ eum vobis ostēdā quem videntes ne timeatis. sz q̄le signū in his lapidibus sculpsi tale in v̄ris frontib⁹ imprimatis. Tunc ostendit eis ethiopē nigerrimū. facie acuta. barba plixa. crinibus p̄tensis vsq̄z ad pedes. oculis igneis vt ferrū ignitū scintillas emittētibus. flāmas sul

phureas ex ore τ oculis spirantē. cathenis
igneis vinctū retro manibus. Et dixit ei an-
gel⁹. Qm̄ iussionē apl'i audisti τ de templo
oīa ydola cōfregisti solua͂ teẏt vadas ad ta
lē locuz vbi null⁹ hō morat͛ τ ibidē sis vsqꝫ
ad diē iudicij. Ille aūt solut⁹ cū magno stre
pitu τ vlulatu disparuit. Angel⁹ aūt dn̄i cū
ctis videntibus in celū euolauit. Tunc rex
cū vxore τ filijs omnīqꝫ pp'lo baptisat⁹ est. τ
relicto regno discipulus apl'i est effect⁹. tūc
oēs pontifices tēploꝝ ꝯgregati ꝯuenerūt ad
Astragē regē fratrē ip'i⁹ Polemij: τ de amis-
sione ipoꝝ deoꝝ: τ de regis deceptōe p artez
magicā. ꝯ apl'm sunt ꝯquesti: dicētes cū la-
chrymis. Frat͛ tuus factus est discipul⁹ ei⁹
seductoris q̄ deos nr̄os τ tēplū destruxerat
Astrages igit͛ rex indignat⁹ mille viros ar
matos ad capiēdū apl'm destinauit. Qui ap
ꝓhenderūt eū τ crudelit͛ ligatū ad Astragē
regē reduxerūt. Et sic pꝫ immicabilis cōp-
hensio scti Bartholomei a ministris regis.
quare bn̄ dicit. Inuenerūt me cu. τc̄. Vn̄ in
hoc bn̄ figurat͛ nobis i sedechia. de q̄ dr̄ Je-
re. vl. ꝙ exercitus caldeoꝝ ꝯphēderūt sede
chiā: τ duxerūt eum ad regē babilonis. Se-
dechias īterp̄tat͛ dei iusticia. τ bn̄ significat
sctm̄ Bartho. q̄ ꝓpter iusticiam dei vinctus
est: τ ductus ad regē astragē. τc̄. Vn̄ ipe bn̄
pōt dicere illō p̄s. Circūdederūt me canes
multi. conci. malig. obs͛e. m. Idem. Ceperūt
gram meā. irruerūt i me fortes. D Se-
cūdo dico ꝙ notat͛ itolerabilis ꝑcussio bar-
tholomei cū dr̄. ꝑcusserūt me. Est notādūz
ꝙ xp̄s dixit discipulis suis. vt habet͛ Mat.
x. Cauete ab hoīb⁹ tradēt eīn vos i cōcilijs
τ syna. suis fla. vos τ an̄ reges τ p̄sides du.
τc̄. Hoc ipletū est i sctō Bartholomeo. naz
traditus τ ꝑcussus est. Unde legit͛ ꝙ cuz a
ministris ductus fuisset ad Astragē regem
dixit ei rex. Tu es ne ille q̄ euertisti fratrez
meum? Cui apl'us. Ego illū nō euerti: sꝫ cō-
uerti. Cui rex. Sicut tu fecisti fratrē meum
deū suū relinquere: τ deo tuo credere. sic ego
te faciā deū tuū relinquere: τ meo sacrifica
re. Cui apl's. Ego deū quē colebat fr̄ tuus
ligaui τ ligatū ostendi: τ vt simulacrū fran-
geret coegi. si sic facere poter' deo meo τ me
poteris ad simulacrū ꝓuocare. Sin aūt ego
deos tuos cōminuam: τ tu crede deo meo.
Hec illo dicente nunciat͛ regi ꝙ deus suus
baldach corruisset τ τ cōminutus esset. Qd̄
audiens rex purpuram quaz indutus erat
scidit. τ apl'm acerrime fustigari fecit. τ sic
fuit ipletū in eo illō p̄s. Supra dorsū meuz
fabri. pec. prolon. τc̄. Unde pōt dicere. Fui
flagellatus tota die. q̄re dr̄ in themate. ꝑ-
cusserunt me. E Tertio dico ꝙ notat͛
eius passionis amara cōsummatio cum cō-
cludit͛ vulnerauerūt me cu. pal. me. τc̄. Est
notandū ꝙ xp̄s dixit dis. suis. vt habet͛ Jo.
xvi. Uenit hora vt ois q̄ interficit vos arbi
tret͛ obsequiū se p̄stare deo. Qd̄ iplenū est in
sctō Bartholomeo. Nā tyrannus astrages
credebat se deo p̄stare obsequiū qn̄ san̄ bar
tholomeū ꝓpt͛ xp̄m fecit occidi τ viuū exco
riari. Qualit͛ aūt sit passus legit͛ ꝙ primo fu-
it crucifixus. vt dicit btūs Dorothe⁹. Bar-
tholomeus indis p̄dicauit. q̄ et euāgelium
fm̄ Matheū eis in ꝓpria eoꝝ lingua tra-
didit. Dormiuit in albana ciuitate crucifix⁹
habēs caput deorsum. Vn̄ pōt dicere illud
Gal. ij. Xp̄o cōfixus sum cruci. Deinde fuit
excoriatus. vn̄ potuit dicere illō Job. ij. Nu
dus egressus sum de vtero mr̄is τc̄. Et ibi-
dem. Cuncta q̄ habet hō dabit ꝓ aīa sua.
Vn̄ figurat͛ in Helya de quo. iiij. Reg. ij. dr̄.
ꝙ qn̄ ascēdit in celū in curru igneo reliquit
palliū suū. Sic bartholome⁹ qn̄ debebat ire
ad eternā vitā reliq̄t palliū suū. i. pellē suā
qn̄ serui regis eū excoriauerūt. τ sic ꝑfectis-
sime iplenit dictū xp̄i. Mat. v. Si q̄s vult tu
nicā tuā tollere. dimitte ei τ palliū. q. d. qui
vobis vult vitā tollere dimittite ei τ corp⁹.
Ultimo fuit decollatus. Vn̄ cōuenient͛ pote-
rat dicere illud p̄s. Propt͛ te mortificamur
tota die. Vn̄ dicit san. Theodorus. Cū san.
Bartholome⁹ tāqꝫ verus agricola xp̄i cor-
da gentiliū ẏbi dei seminibus fecundaret. τ
tanqꝫ vera lucerna fidei tenebrosa ipsorum
corda illustraret. Illi furore excitati apl'm
crucifixerūt τ ꝓ maiore acerbitate ꝑenarūz
viuū decoriauerūt. tādem ex iussu regis ca-
pite trūcatus est. Hec ille. Vn̄ ꝓpter ꝑenas
p̄dictas q̄s patient͛ ꝓ xp̄o sustinuit. bn̄ dr̄ ip
so verificat͛ illud Luce. x. Hō q̄dam descen-
debat ab hierusalē in hiericho. τ incidit i la-
trones. q̄ etiā spoliauerūt eū. τ plagis impo
sitis abierūt semiuiuo relicto. Moralit͛. hō
iste significat sanctū bartholomeū q̄ ab hie
rusalē in hiericho descēdit. qn̄ eū xp̄s ab hie
rusalem post ascēsionē in lycaoniam ad pre
dicādū misit fidē trinitatis. Qui tūc incidit
in latrones. i. ipsos tortores q̄ eū etiā expo-
liauerūt. pellē suā excoriādo a corp̄e. τ pla-
gas ei iposuerunt ipm̄ flagellādo. crucifigē
do. τ vltimo decapitādo. eū semiuiuū reliq̄-

rum t. Licet eñi ꝑ decollationē vere mortu⁹
fuit. tñ ꝓpter hoc dicit̄ semiui⁹ relict⁹ quia
ꝗuis moreret̄ in corꝑe. in aīa tñ q̄ ē potior
pars corꝑis nō potuit occidi. Sicut xp̄s dic̄
Mat. x. Nolite timere eos q̄ corp⁹ occidūt:
aīam aūt nō p̄nt occidere. Et sic dr̄ semiui-
uus relictus. Xp̄iani aūt corpus ei⁹ tulerūt;
et honorifice sepelierūt. Et sic pz passiōis ei⁹
amara cōsummatio. Quare bñ dicit. Inue-
nerunt me custo. ciui. rē.

De eodem .sermo. li.

Onscidisti saccū
c meū et circūdedisti me leti-
cia. ps. xxix. Notate kmi. di-
cit eñi Greg. ꝙ mala q̄ nos hic pmūt ad de-
um ire ꝯpellūt. neqꝫ electis de⁹ ꝓmisit in vi
ta hac gaudia et delectatōes: sed amaritudi
nes et tribulatōes. vt in fine possint corona
ri. Hic est eñi ꝙ san. Bartho. q̄ hic susti-
nuit multas passiōes ꝓpt̄ quas meruit ī ce
lo coronari gaudio. bñ dicit. Cōscidisti rē.
In q̄bus q̄dē v̄bis duo notant̄ in q̄bus sā-
ctus Bar. merito cōmēdat̄. Primū ē passi-
onis singularitas. qd̄ notat̄ cū dr̄. Conscidi
sti saccum meū. Scd̄m est ip̄ius remunera-
tiōis dignitas. cū addit̄. et circū. me leticia.
F Dico p̄io ꝙ notat̄ eius passiōis singu
laritas Est notādū ꝙ mod⁹ passiōis sancti
Bartholomei ondit̄ ꝑm triplex genus mar
tirij qd̄ sustinuit. Reqre añ. Scd̄o notat̄ re-
muneratōis iocūditas. Circa qd̄ notandū
ꝙ remūeratio sctōꝝ cōsistit in tribus. Req̄-
re cathe. Petri. B. Anno aūt dñi. dcccxxi. sa-
raceni siciliā inuadentes liparitanā īsulam
vbi corpus sancti bartholomei q̄escebat va
stauerūt. ac eius sepulchꝝ ꝯfringētes ossa
ip̄ius dispserūt. Ad hāc aūt insulā corp⁹ ei⁹
ab india talit̄ aduenit. Cū eñi pagani ꝓpt̄
signoꝝ freq̄ntiā viderūt corp⁹ ei⁹ plurimuꝫ
venerari. indignati in loculo plumbeo posi-
tum in mari p̄cipitauerūt qd̄ diuo nutu ad
p̄dictā insulā puenit. Cum igit̄ saraceni os
sa eius dispsissent: illis recedentibus appa-
ruit ap̄ls cuidam monacho dicens. Surge
collige ossa mea q̄ dispsa sunt. Cui mōach⁹
Quō inuenire possū int̄ tot alioꝝ ossa. ait.
Nocte ibis ad colligendū ea et illa q̄ videris
vt ignē splēdentia leuabis. Qui oīa vt dixe
rat inuenit. ossa ap̄li leuabat et sup quandā
nauē ꝯscēdens: bñuentū que ē metropolis
apulie ea trāstulit. Cū imꝑator Fridericus
beneuentū destrueret. et oēs eccl'ias q̄ ibi e-
rant dirui mādasset totā ciuitatē ad aliū
locū trāsferre intēdēs. Uir q̄dam quosdaꝫ
viros albatos et fulgētes inuenit: q̄ adinui
cē loqui et inter se aliqua tractare videbant̄
Qui cū vehemēt̄ admirās q̄nā essent inter-
rogasset. Rñdit vn⁹ eoꝝ. Iste est bartholo.
ap̄lus cū ceteris sctīs quoꝝ eccl'ie in hac vr
be habebant̄. q̄ insimul cōuenerūt vt int̄ se
inq̄rant et tractēt quali pena ille sit plecten-
dus. q̄ eos de habitacul' suis eiecit. et iā int̄
eos ē inuiolabili sniā firmatū vt ille sine mo
ra ad iudiciuꝫ dei accedat: de his oībus ī ei⁹
iudicio rñsurus. Post modicū v̄o tp̄s dict⁹
imꝑator miserabilit̄ finiuit vitam suā. nūc
aūt dr̄ ꝙ ossa scī bartho. sint rome; licꝫ bñ-
uentani affirmēt se adhuc illud corpus ha
bere rē. Rex aūt astrages et tēploꝝ pontifi
ces a dyabolo suffocati sunt. Rex antē Po
lemius in ep̄m ordinatur. et. xx. annis offici
um ep̄atus fidelit̄ rexit. et plenus v̄tutibus
in pace quieuit.

De sctō Augustino. sermo. lij.

U signaculū simi
t litudinis dei. plenus sapiā. ꝑ
fect⁹ decore. Ezech. xviij. No-
tate kmi. dicit eñ Arist. vi. topi. ꝙ imago ē
cuius gn̄atio ē ꝑ imitatōeꝫ. Hinc est enim
ꝙ san. Augusti⁹ q̄ imitat⁹ ē deū ꝑ gn̄atiōꝫ
et exercitiū v̄tutū sapie et decoris. Uñ ꝓpter
ea imago et similitudo dei dr̄. quare merito
dicitur de eo. Tu signaculū simi. rē. In qui
bus q̄dem v̄bis tria notant̄ in quibus san-
ctus Augu. cōmēdat̄. Primū est conformi
tas diuīe assīlatōis cum dr̄. Tu sig. simlitu.
Secūdum ē limpiditas diuīe cognitōis cuꝫ
addit̄. plenus sapiā. Tertium est fecūditas
v̄tuose opationis cum concluditur. ꝑfect⁹
decore. B Dico p̄mo ꝙ augu. nobis cō-
mendat̄ a cōformitate diuīe assimilatiōis.
cum dr̄. Tu si. Circa quod notandū ꝙ san.
augu. fuit conformis deo conuertēdo se ad
eum ꝑ dilectionem et fidem. Nā dicit ingr̄
li. ii. dis. v. ꝙ cōuerti ad deū ē ei charitate i-
herere. Quod fecit aug. Unde petiuit a dño
di. Scribe domīe vulnera tua ī corde meo
sanguine tuo vt in eis legam tuū amorem
et tuū dolorem: vt pro te cuncta aspa liben-
ter sustineam. et sic conformauit se xp̄o ꝑ ve
rā charitatē. vñ dic̄ Rich. de arra aīe. Scio
inq̄t aīa mea ꝙ dilectio ē vita tua; et q̄c̄q̄d

diligis ipa vi dilectõis i eiꝰ silitudinẽ trãs-
formaris. cuiꝰ exẽpliũ põit dyo. Reqre alibi.
Dic aug. q̃uis fuit gẽtilis ꝛ phũs añ ↄuer-
sionẽ. tñ in cõuersiõe cepit xp̃m ꝛ fidẽ ĩtel-
ligere: ꝛ deũ sup oĩa diligere: ꝛ sic se deo con-
formare. q̃liter aũt sit cõuersus oñdit in le-
genda. Legit. n. q mr̃ eiꝰ ꝑ eo plurimũ fle-
uit ꝛ orauit. ꝛ ip̃m ad fidẽ reducere satage-
bat. q̃dã igit vice cũ multũ doluit q filius
suꝰ q̃ fuit ita illumiãtꝰ in oĩ sciã ĩcredulꝰ eẽt
q̃dã iuuenis pulcherrimꝰ ei astitit ꝛ cãz tã-
te tristicie reqsiuit. q̃ cũ ꝑditõez filij sui au-
gu. deplorare se dixit. r̃ndit ille. esto secura.
q2 vbi tu. ibi ille. ꝛ ecce filiũ suuz iuxͣ se stare
vidit. h̃ dñ Augustino retulissz. ille ait. Fal-
leria mr̃ falleris. nec tibi sic dictũ est: s̃ tibi
dictũ est vbi ego ibi tu. Ecõtra illa dixit. nõ
fili sic dictũ est. vbi ille ibi tu. sed vbi tu ibi
ille. s. in fide erit tecũ. nõ tu cum illo in ĩfide-
litate. Rogauit igit sedula mr̃. ꝛ q̃dam vice
quẽdam ep̃m adijt augu. testat in li. cõfes.
vt ep̃s ꝑ filio suo ĩtercedere dignaret. qui
tãta quodãmõ importunitate deuictꝰ pro-
phetica voce r̃ndit. Uade secura: q2 ĩpossi-
bile est vt filius tuus tantaꝝ lachrymaruz
ꝑeat. Cũ aũt apud carthaginẽ. i. ꝓuinciam
multis annis docuisset rhetoricã occulte ma-
tre nesciẽte romã venit: ꝛ ibidẽ multos dis-
cipulos cõgregauit. Cũ aũt mr̃ eũ vsqꝫ ad
portũ secuta fuisset vt secũ iret ipe eã decipi-
ens nocte latent recessit. qd̃ illa mane cõsi-
derans aurea dei clamore adipleuit. q̃libet
aũt die mane ꝛ vespe ad ecclĩam ibat: ꝛ ꝑ
filio orauit. D Accidit aũt illis tꝑibus
q mediolanẽses a symacho p̃fecto romano-
rum peterẽt eis doctorẽ in rhetorica destina-
ri. Fuit eñ tũc tꝑis san. Amb. ep̃s i medio-
lano. tũc ad p̃ces mediolanẽsiũ miserũt au-
gu. ꝛ multũ placuit alijs magistris vt augu.
recederet q2 excellebat eos oẽs ĩ oĩ sciã qd̃
displicuit eis. Mater aũt eius q̃escere non
valens. cum multa difficultate ad eũ venit
ꝛ ip̃m iam nec verũ manicheũ nec verũ ca-
tholicũ reppit. Cepit eñ aug. amb. adhere-
re ꝛ eiꝰ p̃dicatõeꝫ frequẽt audire. ꝛ q̃dã vi-
ce cepit ↄ errorẽ ꝛ heresim manicheorũ pre-
dicare q̃ xp̃m carnẽ fantasticã habuisse af-
firmãt: ꝛ carnis resurrectionẽ negant. quas
hereses aug. ix. ãnos dũ adhuc adolescẽs eẽt
tenuit. Cõtra illũ errorẽ ambro. diutiꝰ dis-
putauit: ꝛ ip̃m aptis rõnibꝰ ꝛ autoritatibꝰ
cõfutauit. ita vt error ille a corde augustiniꝰ
penitꝰ pelleret. augustinꝰ ꝟo incepit aliqua-

lit fidei inherere ꝛ cõsiderare sc̃tãm vitam
sc̃tõꝝ ꝛ miracula q̃ sc̃ti fecerũt audire. Hoꝝ
exẽplis vehemẽt exarsit ita q sociũ suũ ali-
piũ noĩe tam vultu q̃ mẽte inuasit turbatꝰ
ꝛ fortit exclamauit. Quid audiuius q̃d pa-
timur. Surgũt indocti ꝛ celũ rapiũt: ꝛ nos
cũ doctrinis nr̃is in infernuz dimergimur.
Et currens in quendam ortũ ꝓiecit se sub
q̃dã ficu. ꝛ amarissime fleuit dicens. Quã-
diu q̃diu cras ꝛ cras. O dñe q̃ excelsus es
in excelsis. ꝛ q̃ ꝓfundus. ꝛ tũ nũq̃ recedis
ꝛ nos vix redimus ad te. Age dñe ꝛ reuoca
nos: accende rape fragra ꝛ dulcesce. sero te
amaui pulchritudo tã antiqua. intus eras
ego foras. mecũ eras ꝛ tecum nõ erã. Uoca-
sti ꝛ clamasti ꝛ rapuisti surditatẽ meã. cho-
ruscasti ꝛ fugasti cecitatez meam. ꝛ duristi
spiritũ meũ. gustaui ꝛ esurio ꝛ sitio te. Teti-
gisti me ꝛ exarsi in pacem tuã. Cũ aũt ama-
rissime fleret: audiuit vocẽ dicẽtẽ sibi. Tol-
le lege. tolle lege. aperuit statim codicẽ apo-
stolicũ ꝛ ꝓiecit oculis ad p̃mũ caplm legit.
Induimini dñm Ihm xp̃m. Et statim ab
eo oẽs tenebre dubietatis aufugerũt. Inte-
rim aũt tã magno dolore dentiuz torq̃ri ce-
pit. vt fere sicut ipe ait duceret ad credẽdã
opinionẽ Cornelij p̃bi. q̃ sũmũ bonũ aie in
sapiã. sũmũ ꝟo bonũ corp̃is in nullũ sentiẽ-
do dolorẽ posuerat. Tã magnꝰ eñ fuit do-
lor q loq̃lã amiserat. Et ĩ tabul cereis scri-
psit vt oẽs ꝑ eo orarẽt. vt dñs illũ dolorez
mitigaret. Ipe igit cũ alijs genua flexit: et
subito se sanatũ sensit. Insinuauit ꝑ l̃ras
sc̃tõ ambro. vt eũ ĩformaret q̃d sibi de libris
sc̃tis legẽdũ eẽt. q̃bꝰ aptior fieret fidei xp̃ia-
ne. Et ille iussit eũ Esaiã ꝓphetã legere. eo
q euãgelij ꝛ vocatõis gẽtiũ p̃nunciator a-
ptior videret. Adueniente ꝟo tꝑe paschali
augu. cum esset annoꝝ. xxx. cum filio suo a-
deodato puero valde ingenioso quem genu-
it in sua adolescentia dum adhuc gentilis ꝛ
phũs eẽt. necnõ ꝛ cum alipio amico suo me-
ritis mr̃is ꝛ p̃dicatõe sc̃ti Ambro. sacrũ ba-
ptisma suscepit. Tũc ambro. inq̃t. Te deum
laudamus. Augustinꝰ r̃ndit. Te dñm cõfi-
temur. Et sic ipi duo hũc hymnũ alternatĩ
ↄposuerũt ꝛ vsqꝫ in finẽ decãtauerũt. Proti-
nus aũt aug. in fide cõfirmatus oẽm spem
quam habebat in seculo dereliqt. et scholas
q̃s regebat abrenunciauit. vt dulcedine di-
uini amoris extunc frueretur. vt dicit in li-
bro confessionũ. Domĩe tu sagittaueras cor
meũ ĩ charitatẽ tua, ꝛ gestabã ꝟba tua trãs-

fixa in visceribus meis: ⁊ exempla seruorum
tuorum. Et sic patet qualiter postq̄ conuersus
est ad fidem ꝯformauit se deo in charitate q̄
factus est similis christo. Quare dicitur de
eo illud Dan. iij. Similis filio dei ⁊c. ¶
Secūdo dico ꝙ Augꝰ. nobis cōmēdatur a
limpiditate diuine ꝯgnitiōis. cum additur.
plenus sapiētia. Circa qḋ notandum ꝙ
ipse fuit ꝓfundus in omni sciā. Unde legit. Au-
gustinus doctor egregiꝰ in ꝓuincia affrica-
na de ciuitate tagastēsi. alias habet cartha-
ginēsi. ex parētibus honestis genitꝰ. in arti-
bus liberalibꝰ sufficiēter edoctus fuit adeo
vt summꝰ phūs ⁊ rhetor luculētissimꝰ habe-
batur. Nam libros Aristotelis ⁊ oēs libros
liberaliū artiū quoscūq legere potuit per se
vidicit ⁊ intellexit. sicut ipse ī libro ꝯfessionū
testat dicēs. Omnes libros artiū. i. septez ar-
tes liberales ꝑ memetipsum legi ⁊ intellexi.
Quicqd etiā est de arte loquēdi ⁊ disserēdi.
⁊ qcqd de dimēsionibꝰ figurarū ⁊ de musicis
⁊ de numeris sine magna difficultate nullo
hominū tradēte intellexi. Ecce quāte scien-
tie fuit. Fuit etiā postq̄ ꝯuersus est multuz
imbutus in sciētijs sacre scṗture quaz tunc
valde amplectebatur. Nam legit ꝙ cū esset
xxx. ānoꝝ ⁊ quēdam librū vnius phī. ī quo
vanitas mūdi ꝯtemnēda ⁊ philosophia ap-
petēda dicebat plegeret. ex hoc qdem liber
multū placuit sibi. s; qꝛ nomē Iesu xpī qḋ a
matre didicit ibi nō erat. multū dolere cepit
Ipse eñ fidem xpī mulꝗs ecclesijs frequēter
ꝑdicabat. ⁊ multos ab errore conuertebat.
Ipse etiam spū diuino tactus ī sctā ecclīa ad
īstructiōem aīarum fecit libros. tractatus.
epistolas numero mille. xxx. exceptꝫ q̄ nume-
rari nō pñt. qꝛ nō designat numerū eoꝝ. ⁊
sic semper fuit occupatus cum sacra scṗtura
exclusis alijs occupatiōibꝰ. Exemplum hu-
ius legit. Quedā eñ mulier cū a qbusdam
maliciose iniuriā pateret. illa ad sctm̄ Augꝰ.
accessit vt super hoc eius ꝯsilium īploraret.
Que cum ipm̄ studētem inuenisset: ⁊ eum re-
uerēter salutasset. Ille aūt nec eaz respexit.
nec qcq̄ sibi rn̄dit. Cogitās illa ꝙ forte ob
nimiā sctitatem in faciem mulieris nollet ī-
tēdere ꝓpius accessit ⁊ negociū diligenter
exposuit. s; ille nec se ad eam ꝯuertit nec re-
sponsum aliqḋ sibi dedit. Altera antē die dū
Augꝰ. missam celebraret dicta mulier pꝰ ele-
uatiōem corpis xpī rapta in spiritu vidit se
positam ante tribunal sanctissime trinitatis
vbi vidit Augustinū facie inclita de trinita-
tis gloria attentissime ⁊ subtilissime dispu-
tantem. Et facta est vox ad eam dicēs. Cū
ad augustinū iuisti. tunc ille sic de trinitatis
gloria attētissime disputabat. Et ideo ꝙ si-
bi locuta fuisti penitus nō aduertit. s; ad eū
secure redeas qꝛ eum clemētem inuenies. ⁊
ꝯsilium salubre ab eo recipies. Qḋ cum fe-
cisset Augꝰ. eam benigne audiuit: ⁊ ꝯsilium
salubre donauit. Quare bn̄ ḋr ḋ eo. Esa. xlix.
Dedi te in lucem gētium. ℟ Unde sctūs
Prosper de eo dicit in tertio libro de vita cō-
templatiua. Sctūs Augꝰ. episcopus acer in-
genio. suauis in eloquio. secularis litteratu-
re peritus. in ecclesiasticis laboribus opero-
sus. in quotidianis disputationibꝰ clarus. in
questionibꝰ soluēdis acutus. in ꝯuincēdis
hereticis circūspectus. in omni actiōe sua cō-
positus. Ideo bene ḋr Augꝰ. ꝓpter excellen-
tiam sue sciētie. Nam sicut imperator Augu-
stus precellebat omes reges. sic Augustinꝰ
excellit omes doctores. Unde dicit Remigi-
us. Alij doctores cōparātur stellis. Daniel.
xij. Hic aūt cōpatur soli. Nā ipse sicut sol re-
fulgēs refulsit ī tēplo dei. Unde btūs Hiero. cō-
mendans augustinū dicit. Licet Hierony.
sex milia volumina origenis se legisse fate-
tur. iste tamen tanta scripsit vt nō solū quis
diebus ac noctibus scribere libros eius non
possit s; nec legere. Ostenditur etiam limpi-
ditas diuine cognitiōis ipsius in miraculis
Legit eñ ꝙ qdam monachus in monaste-
rio qḋ elemosyna ḋr. in vigilia sancti augu-
stini raptus ī spū vidit nubem splēdidaz ce-
litus elapsam ⁊ sup nubē augustinū seden-
tē insignituz pontificalibꝰ. cuiꝰ oculi q̄si duo
radij solis totam illā ecclīam illuminabāt:
⁊ odor inde nimius exalabat. Sctūs quoqz
Bernardus dum quadā vice in matutinis
existēs aliquātulum obdormiuisset. ⁊ de q̄-
dam tractatu augustini lectiōes legerētur.
vidit pulcherrimū iuuenē stātez. de cuiꝰ ore
tantꝰ inundātium aquarū impetꝰ exibat ita
ꝙ totam illam ecclīam videret replē. Qui
augustinū hunc esse intellexit qui fonte do-
ctrine totā ecclīam irrigaret. Itē apud bur-
gūdiā in monasterio qḋ ḋr fontanetū erat
qdam monachꝰ Hugo nomine sctō augusti-
no valde deuotꝰ qui in eius scriptis miro pa-
scebat desiderio. qui etiā crebris supplicatio-
ne rogauerat vt euz ex hac luce migrare nō
sineret nisi in die sue sacratissime solemnita-
tis. Ipse igitur. xv. die ante festū eiusdez sic
cepit durius febribus estuare vt ī vigilia ipiꝰ

sup humū tanq̄ moriēs poneretur. Et ecce
plures decori ⁊ fulgētes viri amicti albis ec-
clesiā dicti monasterij pcessionalr intraue-
rūt. quos sequebat̃ q̄dam reuerēdus ponti-
fex pontificalib⁹ insignit⁹. Quidā aūt mona
chus in ecclesia ↄsistēs. hoc vidēs obstupu-
it. ⁊ q̄ nā essent vel quo pergerēt inquisiuit.
Cui vnus eoꝝ dixit ꝙ sctūs Aug⁹. esset qui
ad deuotū suū pgeret. vt ei⁹ aīam ad regnū
glorie deportaret. Post hec illa reuerēda p-
cessio infirmariā ingreditur. Ubi cum aliq̄-
diu mā sisset sctā illa Aīa a carne soluta est.
quā dulcis amicus Aug⁹. ⁊ ab hostiū īsidijs
securā reddidit: ⁊ in celum eam introduxit.
¶ Tertio dico ꝙ Aug⁹. cōmendat̃ a fecū
ditate ṽtuose operatiōis cum ↄcluditur. p-
fectus decore. Circa qḋ notādum ꝙ ip̄e du-
xit vitam oīb⁹ ṽtutibus decoratam. Nā
dicit Dyon. ꝙ sctitas ē mundicia ab oīb⁹
inquinamētis libera. Quā puritatē ⁊ sctita
tem Aug⁹. habuit ppter qḋ dicit. Domīe ni
hil mihi dulce est: nisi de te loq̄: de te audire.
de te conferre. de te meditari. ⁊ tuam glīam
semper in corde meo reuoluere. Qualit̃ autē
hoc opere compleuerit ⁊ ṽtutibus floruerit
ōnditur in eius legēda. Legit̃ em̄ ꝙ postq̄
ↄuersus fuit ad fidem ⁊ sacrū baptisma re-
cepit. morꝫ ex intimis cordis desiderijs ad
deum se ↄuertit. ⁊ omnē spem quā habebat
in seculo dereliquit. Jam nō vxorē. nō filios
nō diuitias. nō honores seculi querēs q̄ re-
gnāt in mūdo. sicut Johēs testat̃. i. Joh. ij.
Dīte qḋ est in mūdo ⁊c. quibus homo ma-
culatur Augustin⁹ dereliq̄t. sed deo cum suis
seruire statuens. Factum est aūt vt ordina-
retur in eccl̃ia Yponēsi mox ibi monasteriū
instituit: ⁊ cum dei seruis viuē cepit ſm mo-
dum ⁊ regulam sub sanctis apostolis consti
tutā. maxime vt nemo pprium quicq̄ in illa
societate haberet. sꝫ eis essent omnia cōmu-
nia. ⁊ distribuerētur vnicuiqꝫ sicut op⁹ erat.
Uixit aūt cum seruis dei in oīb⁹ ṽtutib⁹
scꝫ humilitate. castitate. obediētia. ieiunijs.
orōnib⁹. ⁊ desiderijs sanctis die noctuqꝫ: ita
ꝙ nullā peccati maculam habuit preť vnā
paruam. Nam legitur ꝙ quadam vice dū
q̄dam legeret ante se transire conspicit de-
monē librū humeris baiulantem. qui ab eo
protinus admiratur vt que ibi scripta lateant
sibi pandat. Qui peccata hominū ibi scp̄ta
esse dixit. Mox ei precepit vt sibi aliqḋ pec-
catorum suorū si retineret sibi legeret. Qui
continuo sibi librū ostēdit: ⁊ in eo scriptum

repperit ꝙ quadā vice completoriū ex obli
uione dimisit. Precipiensqꝫ diabolo vt suū
prestolaretur aduentum. Tunc Augustin⁹
ecclesiam est ingressus: ⁊ completorium di-
xit. ⁊ solitas orationes peregit. Reuersusqꝫ
dixit diabolo vt predictum locum sibi osten
deret iterum relegendum. Qui dum crebro
reuolueret ⁊ dyabolus locū repperisset. ira
tus dixit. turpit̃ me decepisti. penitet me ꝙ
librum meum tibi ostendi ꝙ peccatum tu-
um orationum tuarū virtute delesti. Et his
dictis confusus euanuit: ⁊ augustinus mun
dus ⁊ sine peccato extitit. Ideo bene dicitur
Cant. iiij. Tota pulchra es ⁊c. Post aliqḋ
tempus compulsus est suscipere episcopatū
sancti Ualerij episcopi. qui adhuc vixit ⁊ cū
ingenti gaudio sibi cessit. Itaqꝫ factum est
vt episcopus ordinatus est. Uixit autem in
clericatu ⁊ in episcopatu in sancta vita an-
nis fere. xlv. ⁊ verbum dei vsqꝫ ad finem vi-
te sue fideliter predicauit ⁊ fact̃ compleuit.
⁊ multos ad fidem conuertit. In dieb⁹ au-
tem eius anno domini. cccc xl. Uuādali totā
prouinciā affrice occuparunt vastantes om-
nia nulli parcentes cuiuscunqꝫ status vel se-
xus. Post hoc autem ad Yponensem ciuita
tem venerunt ⁊ ipsam manu forti obsederūt
⁊ ecclesias destruxerunt: propter qḋ Augu-
stin⁹ lugubrem vitam duxit: ⁊ mori deside-
rauit qui febribus decubuit. Intelligens autē
dissolutionem sui corporis imminere. septē
psalmos penitentiales describens legebat ac
iugiter lachrymas fundebat. Et vt deo libe-
rius vacaret. ⁊ eius deuotio a nullo impedi-
ri posset ante decem dies sui exitus nullū ad
se ingredi precepit nisi cum sibi refectio por-
taretur. Quidam autem infirmus ad eum
venit ⁊ ipsum instanter rogauit vt sibi ma-
num īponeret ⁊ ab infirmitate curaret. Cui
Augustinus respondit. Quid est hoc fili qḋ
loqueris? putas ꝙ si tale quid facere possē
mihi hoc idem non conferrem. Ille autem
fortius instabat asserens sibi in visione pre-
ceptum esse: vt ad eum accederet ⁊ sanita-
tem reciperet. Uidens Augustinus fidem
eius pro eo orauit ⁊ sanitatem recepit. Cum-
qꝫ appropinquaret dissolutiōni corporis hoc
memoriale docuit ꝙ nullus homo quātum-
cunqꝫ excellentis meriti sit sine confessione
⁊ eucharistia deberet transire. Anno autem
etat̃ sue septuagesimoseptiō. episcopat⁹ ve-
ro sui. xlv. feliciter migrauit ad dominum. ⁊
sic in celo in magno decore choruscat. Juxta

illud Mat. xiij. Fulgebũt iusti sicut sol in regno patris eorum ₇c.

In die decollatõis Johis bap. sermo. liij.

b **Beati qui persecu**tionẽ patiuñ ꝑpter iusticiam quõ ipoꝝ ẽ reg. cel. Math. v. Rñi. dicit em̃ Greg. Deus electis suis nõ ꝑmisit in hac vita gaudia ₇ delectatiões. sed amaritudines ₇ tribulatões vt post ad dulcedinẽ eterne salutis redeañ. Quare bñ dr Mat. v. Beati q̃ ꝑse. pa. ₇c. In qbus q̃dem ꝟbis tria notanñ. in qb' san. Joh. nob' ꝯmẽdañ. Primũ ẽ tormẽti tolerãtia cũ dr. Bti q̃ ꝑsecutionẽ patiuñ. Secundũ est virtuosi exercitij cã. cũ addiñ. ꝑpter iusticiã. Tertiũ eterni ꝑmij abũdãtia. cũ cõcludiñ. quõ ipoꝝ est regnũ celoꝝ. Dico prĩo ꝙ san. Jo. nobis cõmendañ in tormẽti tolerantia. Nã ipe fuit decollatus. ideo festũ hodiernũ dr decollatio scti Johãnis. Sed est notãdũ ꝙ decollatio sancti Johãnis quadruplici de cã ẽ instituta sicut in libro mitrali de officio inueniñ. Primo ꝑpter ei' decollationẽ. Scdo ꝑpter eius ossium cõcrematõez. Tertio ꝑpter capitis inuentionẽ. Quarto ꝑpter eius digiti translationez. ¶ Primo ergo celebratur hoc festum ꝑpter ipius decollationem. Que q̃dem decollatio isto modo facta est. Legitur in hystoria scolastica. ꝙ Herodes antipas filius Herodis magni ascolonite. Tres em̃ fuerunt herodes. Primus dict' ẽ Herodes ascalonita sub quo dñs natus est ₇ a quo pueri sunt interfecti. Secundus dictus est Herodes antipas qui decollauit Johãnem. Tertius dictus est Herodes agrippa qui occidit Jacobũ ₇ incarcerauit petrũ. Modo herodes antipas filius herodis ascalonite romam ꝓficiscẽs ₇ per fratrẽ suuz Philippũ transitũ faciens. tũc cum Herodiade vxore fratris sui Philippi q̃ erat soror Herodis agrippe secreto pepigit vt ĩ reditu suo vxorem repudiaret ₇ ipam in ꝯiugem duceret. Rediẽs aũt Herodes herodiadem abstulit fratri suo. Johes aũt q̃ tunc ꝑis iniusticiã redarguebat dixit Herodi. Non licet te habere vxorẽ fratris tui ipo viuente. Videns herodes ꝙ iohãnes eũ tã dure sup hoc redargueret. ₇ q2 ob ꝑdicationez ₇ baptismum ꝭm Josephum magnũ populum ꝯgregaret: ipum in carcere vinculauit. vxori placere cupiẽs. ₇ popum subsequentis Johãnẽ dispẽdiũ ꝑtimescens. Ipm autem occidere voluit. sed ppl'm timuit. Desiderãtes aũt Herodias pariñ ₇ herodes aliquã occasionẽ inuenire vt Johannẽ occidere possent. videntur inter se secreto condixisse. vt herodes diem natalis sui coram primis galilee ₇ suis principibus celebraret Et ꝙ tũc puelle saltanti filie herodiadis quicq̃d peteret suo iuramento firmaret ꝙ vellet sibi dare. ₇ ꝙ de iuramento facto se contristari dissimularet. tũc mater vellet dicere filie ꝙ nihil aliud deberet petere q̃ caput Johannis baptiste. Quod totum factũ est. Unde diciñ Marci. vi. c. In illo tpe misit herodes rex manus ₇ tenuit Johannẽ. ₇ vinxit eum in carcerẽ ꝑpñ herodiadẽ vxoiẽ philippi fratris sui quia duxerat eam. Dicebat em̃ Jo. Herodi. Non licet tibi habere vxorẽ fratris tui. herodias aũt insidiabañ illi ₇ volebat occidere illum nec poterat. Herodes autẽ metuebat Johãnẽ. sciens eũ virum iustum ₇ sctũ ₇ custodiebat eũ. Et audito eo multa faciebat ₇ libenter eũ audiebat. ₇ cũ dies oportunus accidisset herodes natalis sui fecit cenam principibus ₇ tribunis ₇ primis galilee. Cũq3 introisset filia ipius Herodiadis. ₇ saltasset coram oĩbus ₇ placuisset Herodi simulq3 recombentibus. Ait rex puelle. Pete a me quod vis: ₇ dabo tibi. Et iurauit illi. quia quicq̃d petieris dabo tibi. licet dimidium regni mei. Que cum exisset dixit matri sue. Quid petam? Et illa dixit. Caput Johannis baptiste. Cumq3 introisset statim cũ festinatione ad regem petiuit dicens. Volo vt protinus des mihi in disco caput Johannis baptiste. Et cõtristatus est rex ꝑpñ iusiurandũ. i. cõtristatũ se simulauit. Unde dicit Rabanus. Tristiciã ꝑferebat in facie. sed leticiam habebat in corde. Sequñ. Noluit eã cõtristare. ſ3 misso spiculatore ꝑcepit afferri caput Johãnis baptiste in disco. Et decollauit eum in carcere. ₇ attulit caput eius in disco. ₇ dedit puelle: ₇ puella dedit matri sue. Quo audito discipuli ei' venerũt: ₇ tulerũt corpus Johannis bap. ₇ posuerunt illud in monumento. Tũc illud impletũ est. ij. Reg. iij. ca. Magnus cecidit hodie in israel. Impunitus autẽ Herodes non extitit: sed in exilio damnatus fuit. Et postea ipe Herodes ₇ Herodias lugdunũ deportati fuerunt. ₇ ibi vitam miserabiliter finierũt. vt dicitur in historia scholastica. Augustinus narrat tale exemplum huius

iurationis occasiōe in quodam sermōe quē
fecit de decollatōe sancti Johānis baptiste
Fuit q̄dam homo innocens ꝛ fidelis a quo
audiui qđ recito. Cū eñ q̄dam sibi negasset
quod ei accōmodauerat. vel quod sibi debe
bat. cōmotus ille prouocauit eum ad iuriu-
randum. Ille iurauit ꝛ iste ꝑdidit. Dicebat
ꝙ se in ipa nocte ad iudicem raptū fuisse: ꝛ
ab eo interrogatum fuisse his verbis. Qua
re ꝓuocasti hoiem ad iurationē quem scie-
bas falsum esse iuraturum? Rn̄dit. Ille ne
gauit mihi rem meā. Et iudex. Melius erat
vt rem tuā ꝑderes. ꝙ vt aiam eius falsa iu
Ipa etiā incarceratos consolabat̄ ac eos li
berauit. Un̄ legit̄ q̄ cum q̄dam hō nōie her
mannus de diocesi coloniensi in carcere te-
neret̄. se ad deū totaliter contulit ⁊ sanctaȝ
Elizabeth ⁊ mgr̄m Conradū in sui adiuto
riū cū magna deuotiōe inuocabat. Seq̄nti
ḡ nocte ambo insimul cū multo lumine sibi
apparuerūt. eum multiplicit̄ ꝯsolātes. Tā
dē snīa in eū data suspendit̄. Iudex aut cō
cessit parentibus vt ipm deponerent. ⁊ i tu
mulo sepelirent. Parata ḡ fouea cum esset
depositus: parentes ceperūt ꝓ mortuo sācte
Elizabeth patrocinia inuocare. Et ecce vni
uersis videntibus ac stupētibꝰ q̄ mortuꝰ fue
rat viuꝰ ⁊ sanus surrexit. Multa silia fecit
vt patet in legenda. Ipa etiam sepulturas
pauperū mortuoꝝ visitabat. Un̄ legitur q̄
deuote currebat ad funera paupꝝ. ⁊ vestes
q̄s ꝓpriis manibus fecerat eoꝝ corporibus
coaptabat. adeo vt semel velū suū in ptes
cōscinderet ⁊ corpus cuiusdam pauperis in
uolueret. Eoꝝ etiā funera ꝓpriis mānibus
cōtrectabat. ⁊ in ipoꝝ exequiis deuota ma-
nebat. Et sic p̄ ei̇ sculptura humilitatis ⁊
pietatis. quare habuit formā ipius humilis
⁊ mitis dei. Cū igit̄ q̄rit̄. Que ē ista sculptura
hūilitatis ⁊ forma. cōuenient̄ rn̄det̄ q̄ ē si
milis filio dei ⁊c̄. Un̄ bn̄ d̄r Elizabeth. qd̄ i-
terp̄tat̄ dei mei septima: quia septē opa mi
sericordie exercuit. ¶ Quarto princi-
palit̄ q̄rūt angeli. que est ista angelica crea
tura q̄ sic continue diuinas visiones ꝯtem-
plat̄. Istā q̄ōnē faciūt. Nā ꝓpriū angeloꝝ
est sp̄ videre deū ac ipm ꝯtēplari. teste xp̄o
Math. xviii. Angeli eoꝝ in celis sp̄ vident
faciem patris mei q̄ in celis est. In qua fa-
cie oīa vident ⁊ sciunt. sicut dicit Gregorius
Quid nō videt q̄ videntē oīa videt. Cum
igitur cognoscunt q̄ sancta Elizabeth ꝓpt̄
suam sanctā vitā habuit hic diuinas visio-
nes. merito q̄runt p̄dictam q̄ōnem. Rn̄det̄
eis q̄ sit sancta ⁊ pura vita sancte Elizabe.
Nam saluator dicit Mat. v. Beati mundo
corde qm̄ ipi deum videbūt. Quō aūt sācta
Elizabeth habuit in vita sua diuīas visiōes
⁊ nūc in celo oñdit̄ in eius legēda. Un̄ legi-
tur. Ut ipa cum maria magdalena optimā
ptem possideret sedule cōtēplationi vaca-
bat ac orōnibus insistebat. q̄bus meruit ce
lelestes visiones habere. Un̄ q̄dam die qua
dragesimali tp̄e in eccl̄ia existens. sic ad al-
tare oculis defixis intenta manebat ac si ibi-
dem dei p̄sentiam miraretur ⁊ videret. ybi
p̄ magnum spaciumest consolata ac diua
reuelatione refecta. Deinde domuȝ reuersa
est. Et dum se pre debilitate in gremiū cu-
cille appodiasset ⁊ p̄ fenestrā oculos ad ce-
lum defixos attolleret; tanta hilaritate vul-
tus eius pfundit̄ vt etiā risus mirabilis se-
queret̄. Que cum diu tam iocūda visione le
tificata fuisset. subito in lachrymas ē ꝯuer-
sa. Rursus oculos aperiens pristina iocūdi-
tate pfruit̄. oculosq̄ȝ claudens pristinis la-
chrymis irrigat̄. Et sic vsq̄ȝ ad cōpletorium
est talibus diuinis cōsolatiōibus īnorata.
Cū ṽo diu tacēs nullū ṽbum penitus emi-
sisset tādē ē prorūpens locuto ē dicēs. Ita do
mine tu vis esse mecū ⁊ ego tecū. ⁊ nūq̄ vo
lo a te separi. Postmodū cū ab ācill̄ rogare
tur vt ad dei honorē ⁊ ipaꝝ edificationem
quid viderit indicaret. Illa ait. Uidi celum
apertū ⁊ Iesum ad me benigne inclinantem
vultūq̄ȝ suū serenissimū mihi oñdentē. ego
ṽo de sua visione ineffabili iocūditate pfu-
sa de suo recessu remouebā magno merore
deiecta. tunc mei misertus iteꝝ mesui vultꝰ
oñsione letificans ait. Si tu vis eē mecum
ego ero tecū. Cui ego rn̄di ꝑut me loquen-
tem audistis. Cūq̄ȝ rogaret̄ vt etiā visiōeȝ
quā iuxta altare vidit exponeret, dixit. Que
ego ibi vidi: nō expedit enarrare. Scire ta
men debetis q̄ in magno gaudio fui: ⁊ dei
miranda conspexi. ¶ Qualit̄ autē per-
uenit ad dei gloriam visionē quā iā habet cū
angelis ⁊ electis in celo oñdit̄. Legit̄ enim
q̄ appropinquante tp̄e quo dn̄s eā de mū-
di ergastulo vocare disposuit ⁊ vt q̄ ꝯtēple

rat regnū mortaliū: ꝑcipet regnū angelorꝫ
xp̄s sibi apparuit dicēs. Ueni dilecta mea
in tabernacula tibi ꝑparata. tūc subito cor=
repta est febre. Dū ergo decūberet ⁊ ad pa=
rietē faciem versam teneret. audita ē a cir=
cunstantibus ipsam ꝓmere dulcissimam
melodiā. Que cū ab vna ancillarum ꝑcun=
ctata fuisset q̄d nam hoc esset. Illa rn̄dit.
Quedam auicula inter me ⁊ parietē se po=
nens tam suauiter cecinit que me ad canen
dum similiter ꝓuocauit. In sua aūt egritu
dine semꝑ hylaris extitit. ⁊ nunq̄ ab orōne
cessauit. Ultima vero die ante eius trāsitum
alta voce quasi dyabolū licentians exclama
uit tribus vicibus. Fuge. Deinde dixit. Ec=
ce appropinquat media nox in qua xp̄s na
sci voluit ⁊ in presepio requieuit. ⁊ sic appro
pinquante hora sui transitus ait. Iam tem
pus instat in quo omp̄s deus eos q̄ amici
sui sunt ad celestes nuptias euocauit. ⁊ sic
ad extremam horā veniens dormiuit i do=
mino. Anno dn̄i. Mccxxxi. ⁊ sicviam claraz
dei faciem speculat᷑. vn̄ pōt dicere illō Iob
vlti. Nunc oculus meus videbit te. vnde. ij.
Cor. iij. Nos vero oēs reuelata facie gloriā
dei cōtēplantes in eandē ymaginē trāsfor=
mamur a claritate in claritatē ⁊c̄. Licz aūt
eius venerabile corpus quatuor diebus in
humatū iacuerit. nullus tn̄ fetor de eo ꝓdi=
bat. sed q̄dam odor aromaticus cūctos re=
ficiens exalabat. Tunc etiā vise sunt multe
auicule suꝑ cacumen eccl'ie ꝯgregate. quas
nunq̄ aliq̄s prius vidit. q̄ tam suaui modu
latōe cantabant. ⁊ tāta varietate modos cā
tādi formabāt vt cūctos in admiratōez ad=
ducerent. eo ꝙ eius exequias q̄dāmō age=
re videren᷑. Tūc etiā audita est suauissima
melodia ac si Rūsorum. Regnū mūdi. qō
in laudibus virginū cani᷑ audire᷑. Multe
etiā sunt ibi clamor pauperū. magna deuo=
tio ppl'orꝫ ita ꝙ alij capillos capitis detrun=
carēt. alij ꝑticulas pānorꝫ descinderēt. ⁊ hec
ꝓ magnis reliquijs reseruarēt. Eius autez
corpus in monumēto ē positū. ⁊ postmodꝫ
redūdare oleo est repertum. Et sic pꝫ q̄rta q̄=
stio ⁊c̄. ¶ Quidam monach᷒ ordinis
cisterciens᷑. in ptibus saxonie tanta infirmi
tate fuit depssus. vt oēs ad passionē induce
ret ⁊ clamoribus inq̄etaret. Quadam igi᷑
nocte appuit sibi q̄dam venerabilis femia
vestibus albis amicta. q̄ eum ammonuit vt
si sanitatē recipe cupet: sc̄tē Elizabeth se de
noueret. Sequenti nocte similia ꝑsuadens
apparuit. Ille aūt cū abbas ⁊ prior deesset
de subpriorꝭ cōsilio votū emisit. Tertia no
cte eidē appuit signū crucis suꝑ eū edidit
⁊ cōtinuo sanitatē rcepit. Cū aūt abbas et
prior redeūtes h̄ audissēt. mirari q̄dē de sa=
nitate ceperūt. s̄ de voti adimpletiōe pluri=
mū dubitarūt. cū nulli monacho liceat aliq̄
vota emittere. nec se ad talia obligare. Ad=
fecit quoq̄z prior monachos sepe ad hmōi il
licita sub specie boni apparitōe demonūz de=
ludi. ⁊ ideo esset illi monacho consulendum
vt mentē suam instabilē ꝯfessione firmarꝫ
Sequēti igi᷑ nocte eadem apparuit q̄ pri=
us dicēs. Infirmus sꝑ eris donec impleas
qō vouisti. Statim ergo eadē infirmitas
ipm̄ arripuit. ⁊ eisdem doloribus torq̄ri ce=
pit. Qō cū abbas audisset ipm̄ statim licen
tiauit ⁊ ceram ꝓ ymagine faciēda sibi dari
ꝑcepit. Qui mox sanitate recepta votū suū
impleuit. ⁊ postmodū illius infirmitatis ni
hil passus fuit. Quidam vir noīe Frideric᷒
dyocesis maguntiū. in arte natādi valde ꝑe
ritus dū se i q̄dā aq̄ balnearet. ⁊ q̄ndā pau=
perem ꝑ beatā Eliza. illumiatū deridēs in
ei᷒ faciē aquā cōtēptibili᷑ spargeret. Ille ꝓ
uocatus dixit. Dn̄a illa sc̄tā q̄ mihi grām ꝓ=
stitit me de te vidicꝫ. ita vt hinc nō exeas ni
si mortuus ⁊ submersus. Ille aūt impcatio
nē paupis paruipēdēs ⁊ in aquā se lasciue
īmittēs. viribus penit᷒ destitut᷒ se iuuare nō
potuit: s̄ i ꝓfūdū quasi lapis descēdit. Post
multū vero tpis requisitus de aquā mortuus ē
delatus. Cūq̄z magnus planct᷒ eēt suꝑ eū: q̄=
dam ꝓpinqui ei᷒ ceperūt ꝓ eo ad sanctam
Elizabeth votū facere: ⁊ ei᷒ suffragiū deuo
te iplorare. Statim igi᷑ spūs in eū rediit ⁊
viuus ⁊ sanus surrexit ⁊c̄.

De sancta Cecilia, sermo. lxv.

S

Icut liliū inter spi=
nas: sic amica mea iter filias.
⁊c̄. Cāt. ij. Notate kmi. Dicit
Aris. vi. ethi. ꝙ oīs cognitio fit ꝑ silitudinē
Cum igitur sancta Cecilia purā vitā ⁊ san
ctam duxit. merito cognosci᷑ per silitudinē
lilij. Quare bn̄ dr̄. Sicut liliū int᷑ spinas. sic
Cecilia inter puras filias. In q̄bus q̄dē vo=
bis duo notā᷑. Primū est cādor mundicie:
qō nota᷑ cū dici᷑. Sicut liliū int᷑ spinas. Se
cundum est comparatio amicicie. cum ad=
ditur, sic amica mea iter filias. Q. Est

notandū ꝙ sctā Cecilia ꝯpaꝛ̃ lilio ꝓpꝛ̃ tres
ꝯditiões ipi⁹ lilij quas sctā Cecilia in se ꝑ-
fecte habuit. Prima ē cādor albedinis. naz
liliū ē albū. Scđa ē suauitas boni odoris. nā
bonū odorē emittit. Tertia est ꝙ supi⁹ ē a-
pertū. Istas tres ꝯditiões spūalr̃ habuit ī
se pfecte sctā Cecilia. Ipa em̄ primo habu-
it candorē albedinis p nitorem puritatis ꝛ
castitatis. Scđo habuit suauitatem boni o
doris p informationē ꝟitatis. Tertio ha-
buit supius apitionē diuine charitatis. nā
deum sup oīa dilexit. Dico primo ꝙ prima
ꝯditio lilij est ꝙ hʒ cādorē albedinis. quez
candorē albedinis habuit sancta Cecilia p
nitorem castitatis ꝛ puritatis. Juxta illud
Cañ. iiij. Tota pulchra es amica mea ꝛc̃.
Uñ legiꝛ̃ in eius legenda sic. Cecilia virgo
clarissima ex nobili genere romanoꝝ exor-
ta: ꝛ ab ipis cunabulis in fide xpiana nutri
ta. euāgeliū xpi sp abscōditū in pectore suo
gerebat. ꝛ nō diebus neqꝫ noctibus a collo
quijs diuinis ꝛ orōne cessabat. suamqꝫ vir-
ginitatē ꝯseruari a dño exorabat. Cū autē
cuidam iuueni nomine Ualeriano despon-
sata fuisset: ꝛ dies nuptiarum instituta fuis
set. illa subtus ad carnem cilicio erat indu-
ta. ꝛ desup deauratis vestibus tegebaꝛ̃. ꝛ cā
tantibus organis illa in corde suo soli dño
decātabat dicēs. Fiat dñe cor meū ꝛ corpus
meū immaculatū vt nō cōfūdar. Et bidua-
nis ac triduanis ieiunijs orans cōmenda-
bat se dño. Cum aūt venit nox in qua susce
pit vna cū sponso suo cubilis secreta silētia
tūc ipa eum ita alloquitur. O dulcissime at
ꝙ̃ amantissime iuuenis. est mysteriū qđ ti-
bi confiteor si nō tu iuratus asseras te illō
tota obseruātia custodire. Jurat Ualeria-
nus se illud nulla necessitate detegere. nul-
la rōne prodere. Tūc illa ait. Angelū dei ha-
beo amatorem qui nimio zelo custodit cor-
pus meum. hic si leuiter senserit ꝙ tu me
polluto amore contingas statim feriet te: et
amittes florem tue gratissime iuuentutis.
Si aūt cognouerit ꝙ me sincero amore di-
ligas: diliget te sicut ꝛ me. ꝛ ondet tibi glo-
riam suam. Tūc valerianus nutu dei corre-
ptus ait. Si vis vt credā tibi. ipm angelum
mihi oñde. ꝛ si vere pbauero ꝙ angelus sit
faciam qđ hortaris. Si aūt virū aliū diligis
te ꝛ illū gladio feriā. Cui cecilia dixit. Si in
deū verū credideris ꝛ baptizari te pmiseris
ipm videre poteris. Uade igiꝛ̃ ī via q̃ appia
nūcupaꝛ̃; ꝛ dices paupib⁹ q̃s illic inuenies.
Cecilia me misit ad vos vt oñdatis mihi san
ctū senē Urbanū epm. qm̄ ad ipm habeo se
creta mādata q̃ pferā. hūc tu dū videris in
dica ei oīa ꝟba mea. Et postꝙ ab eo purifi
cat⁹ fueris ꝛ rediens. ipm angelū videbis.
℟ Tūc valerian⁹ ꝓrexit ꝛ ꝑm signa q̃ ac-
ceperat san. Urbanū epꝫ itra sepulchra mar
tyrū latitantē inuenit. Cūqꝫ ei oīa ꝟba Ce
cilie dixisset. ille manus ad celū expādens.
cū lachrymis ait. Dñe Jhū xpe semina cor
casti cōsilij: suscipe seminū fruct⁹ quos ī Ce-
cilia seminasti. Cecilia famula tua quasi apis
argumētosa. i. fructuosa tibi deseruit. Nam
sponsū quē quasi leonē ferocē accepit. ad te
q̃si agnū māsuetissimū destinauit. Et ecce su
bito appuit qdā senex niueis vestib⁹ indu-
tus. tenēs librū aureis lr̃is scriptū. Quē vi-
dēs Ualeria. p nimio timore q̃si mortu⁹ ce
cidit: ꝛ a sene leuat⁹ sic legit. Un⁹ de⁹. vna fi
des. vnū baptisma. Un⁹ de⁹ ꝛ pr̃ oīm q̃ ē su-
per oēs ꝛ p oīa ꝛ in oibus nobis. Cūqꝫ hoc
legisset. dixit ei senior. Credis ita esse an ad
huc dubitas. Tūc ille exclamauit di. Nō est
aliud qđ verius credi posset sub celo. Sta-
timqꝫ illo disparente Ualerianus a sctō vr
bano baptisma suscepit in fide instruct⁹. Et
rediens Ceciliā cum anglo loquentem īue
nit ī cubiculo. Angel⁹ aūt duas coronas ex
rosis ꝛ lilijs in manu habebat. ꝛ vnā cecilie
ꝛ aliā valeriano tradidit dicens. Istas co-
ronas immaculato corde ꝛ mūdo corpe cu-
stodite. quia de padiso dei ad vos eas attu
li. nec vnꝙ marcescēt. nec odorem amittēt.
nec ab alijs q̃bus castitas placuerit videri
poterūt. Tu aūt valeriāe qꝛ vtili cōsilio cre
didisti. pete quecūqꝫ volueris et cōsequeris
Cui valerianus. Nihil mihi in hac vita ex-
titit dulci⁹ ꝙ vnic⁹ fratris mei affect⁹. Pe-
to igiꝛ̃ vt ꝛ ipe mecū veritatē agnoscat. cui
angelus. Placet dño petitio tua. ꝛ ambo cū
palma martirij ad dñm venietis. Post hec
ingressus Tyburci⁹ fraꝛ̃ valeriani cuz nimi
um rosaꝝ sensisset odorem dixit. Miror h̃
tpe rosens hic odor ꝛ lilioꝝ vnde respiret.
Nam si ipas rosas vel lilia in manibus me-
is tenerē. nec sic poterant odoramēta tante
suauitatis mihi infūdere. Confiteor vobis
ita sum refect⁹ vt putē me totū subito īnno-
tatū. Cui valerianus. Coronas habem⁹ q̃s
oculi tui nō ꝟualent videre. floreo colore. ꝛ
niueo cādore vernātes. Et sicut me inter-
pellāte odorē sensisti. sic ꝛ si credideris vide
re valebis. Cui Tyburcius. In somnijs hoc

audio an in veritate ista tu loq̄ris Valeriane. Cui Valerianꝰ. In somnis vsq̄ȝ mō fuimus: sȝ iā nūc in veritate manemꝰ. Ad quē Tyburcꝰ. Vn̄ h̄ nosti. Et Valerianꝰ. Angelus dei me docuit quē tu vidē poteris: si purificatꝰ fueris ⁊ omnibꝰ ydolis abrenūciaueris. Et sic bn̄ pȝ quō scā Cecilia habuit cādorē albedinis ꝓpᵗ nitorē castitatꝭ ⁊ puritatꝭ. Quare merito cōparat̄ lilio. Vn̄ dr̄ Cecilia quasi celi lilia. Vn̄ suā puritatē ammirat̄ sapiens cū dicit in spū scō. Sap. iiij. O q̄ pulchra est casta ꝗnatio. Vn̄ ꝓpter eius pulchritudinē figurat̄ nob in Hester. Req̄re in s̄mo. Margarete. ¶ Secūdo pn̄cipaliter dico q̄ secūda ꝯditio lilij est q̄ hȝ suauitatē boni odoris. Istā suauitatē boni odoris in se habuit scā Cecilia p exēplum ꝟtutis ⁊ p informatiōem ꝟitatꝭ. Ipsa em̄ ꝟitatem dei cecis ⁊ ignorātibꝰ ostēdit. Vn̄ potest dicē cū aplo. ij. Cor. ij. Odor noticie xp̄i manifestat̄ p nos in omni loco, q̄r xp̄i bonus odor ⁊ suauissimꝰ sumꝰ. scȝ cū alijs p̄dicādo ⁊ manifestādo. qđ pfecte fecit Cecilia Vn̄ legit̄ ꝯsequēter q̄ post p̄dicta scā Cecilia euidēter ostēdit Tyburcio omnia ydola esse insensibilia ⁊ muta. ita vt Tyburcꝰ respondit dicēs. Qui ista nō credit: pecus est. Tunc Cecilia osculās pectus eiꝰ: dixit. Hodie te fateor esse cognatū meū. Sicut enim amor dei fratrē tuū mihi cōiugē fecit. ita cōtemptus ydolorꝝ te mi faciet esse cognatū. Vade igit̄ cū fratre tuo vt purificatiōeȝ recipias: ⁊ angelicos vultꝰ videre valeas. Dixitq̄ȝ Tyburcius fratri suo. Obsecro te frat̄ vt mihi dicas ad quē me ducturus es. Cui Valerianꝰ. ad Urbanū epm̄. Cui Tyburcꝰ Dicis de illo Urbano q̄ totiēs dānatꝰ est et adhuc in latebris cōmorat̄. Hic si inuētus fuerit cremabit̄. ⁊ nos in illiꝰ flāmis parit̄ inuoluemur. Cui Cecilia. Si hec vita esset sola iuste hanc perdere timeremus. sȝ q̄r est alia vita ⁊ melior q̄ nūq̄ȝ amittit̄ quā nob filiꝰ dei enarrauit. Omnia eni q̄ facta sūt filius a patre genitꝰ ꝯdidit. Et vniuersa q̄ cōdita sunt spūs ꝓcedēs a p̄re ⁊ filio animauit. Hic igr̄ filiꝰ dei in mūdū veniēs ꝟbis ⁊ miraculis aliā vitā esse mōstrauit. Cui Tyburcꝰ. Certe vnū deū eē asseris. ⁊ quō nūc tres eē testaris. R̄ndit Cecilia. Sicut i vna hoīe sapia sꝫ tria. s. ingeniū. memoria. ⁊ intellectꝰ. sic ⁊ i vna diuinitatꝭ eēntia tres persone eē p̄nt. Tūc incepit ei de aduētu ⁊ passione filij dei p̄dicare ⁊ multas ꝯgruitates, id est cōueniētias ipiꝰ passiōis ostēdē. Nā iō inq̄t filiꝰ dei est tentꝰ vt genꝰ hūanū pctō detentū dimittat̄. Benedictꝰ maledicit̄ vt hō maledictꝰ bn̄dictiōeȝ ꝯsequat̄. Illudi se patit̄ vt hō ab illusiōe demonū liberet̄. Spineam coronā accepit in capite vt a nobis capitalem sniam auferat. Fel amarꝝ suscepit vt sanaret dulcē gustū hoīs. Expoliat̄ vt nuditatē parētum nr̄orum operiat. In ligno suspēdit̄ vt p̄uaricatiōem ligni tollat. Quibꝰ auditis Tyburcꝰ dixit fratri suo. Miserere mei ⁊ perduc me ad hoīem dei vt purificatiōem accipiā. Ductꝰ igit̄ ⁊ purificatꝰ angelos dei sepe videbat. ⁊ omnia que postulabat primus obtinebat. ¶ Valerianus igr̄ ⁊ Tyburcꝰ elemosinis insistebāt. ⁊ corpora scōrum quos Almachius p̄fectꝰ occidebat sepulture tradebāt. Quos Almachiꝰ ad se vocās. cur dānatos ꝓ suis sceleribꝰ sepelissent quesiuit. Cui Tyburcꝰ ait. Utinā serui illorꝝ essemus quos tu dānatos appellas. qui ꝯtempserunt qđ videtur esse ⁊ nō est. ⁊ inuenerunt illud quod non videt̄ esse ⁊ est. Cui prefectus. Quidnā est illud? Et Tyburcius respondit. Qđ videtur esse ⁊ nō est. ē omne qđ in h̄ mūdo est qđ hominē ad non esse perducit. Qđ vero videtur non esse ⁊ est. est vita iustorum ⁊ pena malorꝝ. Cui prefectus. Non puto q̄ mente tua loquaris. Et iubet astare Valerianum dicēs ei. Quoniam frater tuus non est sani capitis tu saltem poteris dare sapienter responsuꝝ. Constat vos plurimum errare qui gaudia respuitis ⁊ omnia inimica gaudiorum affectatis. Tūc Valerianus ait se vidisse glaciali sue hyemali tempore ociosos iocātes. ⁊ operarios agricolas deridentes. Sed estiuo tempore dum aduenissent gloriosi fructus laborum. tunc gaudentibus illis qui putabantur vani. certe flere ceperunt qui videbantur vrbani. Sic ⁊ nos quidem nūc sustinemus ignominiam ⁊ laborem: in futuro autem recipiemus gloriam ⁊ eternam mercedem. Vos autem nunc transitorium habetis gaudium. in futuro autem inuenietis eternum luctum. Cui prefectus. Ergo nos inuictissimi p̄ncipes habebimus eternum luctum. ⁊ vos vilissime persone possidebitis perpetuum gaudiū. Cui Valerianꝰ. Vos estis interfectores hominum nō principes. ⁊ deo rationem p̄ro omnibus reddituri. Dixit autem prefectus. Quid verborꝝ circuitu immoramur. Offerte dijs libamina

na. ꝛ illesi abscedite. Sancti responderunt.
Nos deouero quotidie sacrificiũ exhibemꝰ.
Quibus prefectus. Qd est nomẽ eius. Cui
Ualerianus. Nomẽ eius inuenire nõ pote-
ris etiã si pẽnis volaueris. Prefectꝰ dixit.
Ergo Jupiter nomẽ dei nõ est. Cui Valeri
anus. Nomẽ est homicide ꝛ stupratoꝝ. Ad
quẽ almachius. Ergo totus mũdus errat
ꝛ tu cũ fratre tuo verũ nosti deum. Valeri-
anus rñdit. Nos soli nõ sumꝰ. ſꝫ innumera-
bilis multitudo hãc sanctitatẽ recepit. Tũc
traditi sunt in custodia maximi. Quibꝰ ille
ait. O purpureus flos iuuẽtutis. o germa-
nus affectus fraternitatis. quõ ad morteꝫ
quasi ad epulas festinatis. Cui Valerianꝰ
ait. ꝙ si se crediturũ pmitteret gl'iam aiaꝝ
eoꝝ post mortẽ videret. Et Maximꝰ. Ful-
minibꝰ igneis ꝯsumar si nõ illum solũ deuꝫ
ꝯfitear quẽ adoratis si cõtingat qd dicitis
Jp̄e igit Maximꝰ ꝛ oĩs eius familia ac
vniuersi carnifices crediderũt. Et a sancto
Urbano q̄ illic occulte venit baptisma susce
perũt. Igit dum aurora nocti finem daret.
Cecilia exclamauit dicẽs. Eya milites xp̄i
abijcite opera tenebrarũ ꝛ induimini arma
lucis. Sancti igit ducunt ad statuã Jouis
ꝛ dum sacrificare nollent pariter decollant.
Tunc Maximꝰ cũ iuramẽto asseruit se in
hora passionis eoꝝ angelos vidisse fulgen-
tes. ꝛ animas eoꝝ quasi virgines de tha-
lamo exeũtes. quas in gremio suo in celum
detulerũt. Almachius vero audiẽs maximuꝫ
xp̄ianũ effectũ. eũ plũbatis tãdiu cedi fec
quousqꝫ spm̄ exalauit. Cuiꝰ corpus sctã Ce-
cilia iuxta Ualerianũ ꝛ Tyburciũ sepeliuit.
Et sic pꝫ quõ sancta Cecilia habuit suauita
tẽ boni odoris per informatiõem veritatꝭ cuꝫ
sic cecos ꝛ ignorãtes veritatẽ informauit ac
illuminauit. Quore bñ dr Cecilia qd dicit
quasi cecis via. cum sic fuit via cecis per ve
ritatis informatiõeꝫ. Vñ dicit Gregꝰ. Flos
lilij. i. vginis redolet. candidã famã spirãs
Unde ipa potest dicẽ illud Eccl'. xxiiij. Ego
quasi vitis fructificaui suauitatem odoris.
Seqtur. Transite ad me oẽs q̄ ꝯcupisci-
tis me ꝛ a generatiõibꝰ meis adimplemini
quasi dicẽt ꝛc. Vñ Ualerianus ꝛ ceteri pñt
dicẽ illud Cañ. i. Jn odore vnguẽtoꝝ tuo-
rũ currimus ꝛc. Et ratio oñdit Cant. iiij.
Nam odor vnguẽtoꝝ tuoꝝ sup oĩa aro-
mata ꝛc. ¶ Tertio pncipaliter dico ꝙ
tertia conditio lilij est ꝙ superius est aper-
tũ ꝛ latũ versus celum. quã apertiõ em ꝛ lati
tudinem supius habuit sancta Cecilia. Nã
cor suum fuit superius latum ꝛ apertum ad
solum diligẽdum deum. Nam vt dicit Jsid.
ꝙ complexio cordis est ꝙ inferius est acu
tum ꝛ supius latum. ꝛ significat ꝙ hõ q̄ de-
um perfecte vult diligere debet habere coꝛ
inferius acutum. i. paruã dilectiõeꝫ ad ista
inferiora: ꝛ supius habere coꝛ latum ꝛ aper
tum vt deum multũ diligat. Certe hãc dile-
ctiõem habuit sancta Cecilia. Nam deũ sup
oĩa dilexit. ideo pp̄ter xp̄m morteꝫ susti-
nuit. Nam teste xp̄o Joh. xv. Maiorẽ hac
dilectiõem nemo habet ꝛc. Qualiter auteꝫ
pp̄ter xp̄m passa sit oñdit in legẽda. Legi-
tur enĩ ꝯsequenter ꝙ postq̄ sancta Cecilia
sanctum Maximũ iuxta Tyburcium ꝛ Va
lerianum sepeliuit. Tũc Almachius ambo-
rum facultates scꝫ Cecilie ꝛ Valeriani ce-
pit inquirere. ꝛ Ceciliã sibi tanq̄ coniugẽ va
leriani coram se fecit ꝯstare. ꝛ iussit eã ydo
lis imolare aut sñiam mortꝭ accipet. Tunc
plures fleuerũt eo ꝙ puella tã decora ꝛ no-
bilis deberet mori. Quibus dixit Cecilia. O
boni iuuenes nõ est iuuẽtutem perdere mo
ri pp̄ter christum sed mutare. dare lutum ꝛ
accipere aurum. dare vile habitaculuꝫ ꝛ ac-
cipere preciosum. dare breuem angulũ ꝛ ac
cipere forum perlucidum. Deus autẽ qd ac-
ceperit simplum: reddet centuplum. Credi-
tis his que dico. Et illi. Credimus christuꝫ
verum deum esse qui talem famulam possi-
det. Vocato igitur Urbano episcopo plꝰ q̄
cccc. baptizati sunt. Tunc Almachius iterũ
sanctam Ceciliam ad se vocans ait. Cuius
conditionis es? Et illa. Jngenua sum ꝛ no-
bil'. Qui ait. Jmmola dijs aut morte morie
ris. Cecilia respõdit. Melius est felicit mo
ri q̄ infeliciter viuere. Nos enĩ scimus san-
ctum dei nomen. ꝛ oĩno negare non possu
mus. Cui Almachius. Ut quid cũ tanta su-
perbia loqueris. Et illa. O conscientia bona
ꝛ fide non ficta. ideo nõ est superbia ſꝫ con-
stantia. Almachius dixit. Jnfelix ignoras:
quia potestas viuificandi ꝛ mortificãdi mi
tradita est. At illa. Contra veritatem pu-
blicam probo te nũc esse mentitum. Vitam
enĩ viuentibus tollere potes. mortuis autẽ
dare non potes. Es igitur minister mortis
non vite. Cui Almachius. Jã depone amen
tiã ꝛ sacrifica dijs. Cui Cecilia. Nescio vbi
oculos amiserꝭ. naꝫ q̄s tu deos dicꝭ oẽs nos
saxa eẽ videmꝰ. Mitte ḡ manũ ꝛ tãgendo
disce qd oculis nõ vales videẽ. Tũc iratus

Almachi⁹ iussit eã ad domũ suã reduci ibi-
q₃ tota nocte ⁊ die iussit eam in buliẽte aq̃
ↄcremari. Que quasi in loco frigido mãsit.
Q͛d cũ audiss₃ almachi⁹: iussit eã in ipo bal
neo decollari. Quã spiculator trib⁹ ictibus
in collo ꝑcussit. sed tñ caput ei⁹ amputare
nõ potuit. Et q₂ decretũ erat ne q̃rtã ꝑcussi
onẽ decollãd⁹ acciperet. io͂ eã₃ carnifex semi-
necẽ dereliquit. Per triduũ aũt supuiuens
oĩa q̃ habebat pauꝑibus tradidit. ⁊ oẽs q̃s
ad fidẽ ↄuertit ep̃o vrbano cõmẽdauit di
cens. Triduanas inducias mihi a dño po-
stulaui vt hos tue beatitudini ↄmẽdarẽ. et
hãc domũ meã in ecl'iam ↄsecrares. San-
ctus aũt vrbanꝰ corpus ei⁹ int̃ ep̃os sepeli-
uit ⁊ domũ suã in ecc'iam vt rogauerat cõ-
secrauit. Passa est aũt circa annos domini
ccxxiij. tp̃e Alexandri imꝑatoris. Et sic p₃
q͛ sctã Cecilia cor supius aptũ ⁊ lautum
versus celũ habuit deũ diligẽdo: ac ꝓpt̃ eũ
mortẽ sustinẽdo. Quare bene d͛r Cecilia q̃
si celum a celo ⁊ lilio. Nã vt dicit Isidorus.
Philosophi dixerũt celum eẽ rotundum et
ardens. Sic ⁊ sancta Cecilia fuit rotunda
ꝑ ꝑseuerantiã. ⁊ ardens ꝑ charitatẽ. Unde
bñ põt dicere illud Can. viij. Fortis est vt
mors dilectio ⁊c̃. Quare bñ dicit xp̃s de ea
ꝟbum thematis. Sicut liliũ int̃ spinas q̃
pungunt. Sic sancta Cecilia inter xp̃i dile
lectas est in aqua calida balneata ⁊ a spicu
latore ꝑcussa tribus vicibus ⁊c̃.

De sancta Katherina. sermo. lxvi.

Adamauit eam rex

a plus q̃ oẽs mlĩeres. Hester. ij.
Notate kmĩ. dicit eñ Arist. ix.
ethicoꝝ. q̃ quãto q̃s ꝑplus obseq̃uit̃: tanto
maiorẽ grãm obtinebit. Hinc est eñ q̃ sctã
Katherina q̃ deo mltũ seruiuit. merito ma
gnã grãm ⁊ amorẽ₃ obtinuit. q̃re bñ dicit̃.
Adamauit eam rex plus ⁊c̃. In q̃bus q̃de₃
ꝟbis tria notant̃. Primũ ẽ dilectio viscero
sa. q͛d notat̃ cũ d͛r. Adamauit eã. Scdm ẽ
dignitas generosa cũ addit̃. rex. Tertiu₃ ẽ
numeratio copiosa. cũ ↄcludit̃. plus q̃ oẽs
mulieres. ✠ Dico ꝑmo q̃ notat̃ dile-
ctio viscerosa. cum dicit̃. Adamauit eam.
Circa q͛d notãdum q̃ sm Isidoꝝ sex sunt
ꝓpter que quis debet diligi que sancta Ka
therina spiritualiter ⁊ perfecte in se habuit.
Primu₃ est formositas. quam deus spũalit̃
multũ diligit. Nam vt dicit̃ Sapiẽtie. i. In
animas sanctas. id est puras se transfert.
Unñ in signũ hui⁹ vocat aiam purã amica₃
di. Cañ. i. Ecce tu pulchra es amica mea.
Certe hanc formositatẽ habuit sctã kathe
rina spiritualit̃ postq̃ fuit baptizata ⁊ ad
xp̃m cõuersa. Nam tũc ñ fuit solu₃ pulchra
facie corporaliter. s; pulchra fide spũaliter
Qualit̃ aũt fuit baptizata ⁊ ad xp̃m cõuer
sa ac fide pulchra ostñdit̃. Legit̃ eñ q̃ in ci-
pro ẽ q̃dam insula in qua sita est q̃dam ci-
uitas vbi erat sedes regalis. In q̃ ciuitate
erat q̃dam rex Costus noie: habens de vxo
re sua vnicã formosam filiam noie kathe-
rinã. Hũc q̃dem regem imꝑator maxenti⁹
qui tũc tp̃is rexit in grecia. ⁊ tenuit ꝑncipa
tum toti⁹ grecie vocauit ad se ⁊ oẽs dños
sub imperio suo ꝓ vtilitate reipublice. ⁊ ne
tardarent venire seriose ꝑcepit. Cost⁹ igit̃
rex acceptis lr̃is ⁊ lectis turbatus est eo q̃
nobilẽ reginã ⁊ vnicã eius filiã post tergũ
relinquere debebat. Io͂ cũ suis deliberabat
secũ ducere vxorẽ ⁊ filiã. Unde bene dispo-
sitis negocijs regni sui cum comitatu decen
ti ⁊ vxore ⁊ filia assumptis iter arripuit et
alexãdriam puenit vbi Maxentiũ impa-
torẽ inuenit. Qui gauisus gratant̃ eos rece
pit. Costus aũt rex morã in alexandria a-
pud maxentiũ trahebat ⁊ sepe alternis col
loquijs ⁊ solacijs fruit̃ ⁊ cũ maturis cõsi-
lijs disponit̃. Trahente aũt patre moram
tradidit filiã suam ad imbuendã disciplis
oĩm artiũ liberalium in q̃bus ꝑfectissime ꝓ
fecit. Tandẽ Cost⁹ rex ibidẽ morit̃. ꝓcessu
ꝟo tp̃is katherina cum esset quattuordeci
annoꝝ ⁊ excelleret vniuersas virgines in
pulchritudine sapia ⁊ scia a pluribus regũ
⁊ nobilium filijs in coniugium petebat̃. Et
beatum se quisq̃ reputabat qui katherinã
posset habere in coniugem. Maxencius ve
ro impator reginã viduã ꝑcibus pulsat vt
filiã suam Katherinam vnico filio suo ĩvxo
rem tradat. Mat̃ ꝟo gratulatur filiã sua₃
tanti impatoris filiu₃ recipere. Filia rñdit
matri dicens. Cũ me asseratis oẽs ꝟgĩes
pulchritudĩe excellere. ac cũctis sapia ꝑpol-
lere: ac genere nobilẽ ⁊ diuitijs locupletem
ꝓposui mihi amore scie ꝟginalẽ castitatem
obseruare. Si tñ me nubere necesse ẽ alicui
viro nunq̃ ↄsensu₃ meũ adhibebo: nisi hec
euident̃ in eo inueniant̃. sc₃ vt sit nobilis.
prudens. formosus. ac diues vt ego. Hec
autẽ in filio impatoris nõ inuenio. Nam ⁊

si nobilitate generis τ diuitijs pcellit. tñ in scia τ pulchritudine lōge deficit. ¶ De hac rñsione mater vehement turbat timēs indignatōez impatoris incurrere, ppt petitionē repulsam. Uir aūt qdā in venerabilis iuxta domū suū habitans agnoscens merorem matris latenter cām tristicie ab ea secretius inquirit. Hec honestatē illius cōsiderans rem gestam p ordinē sibi narrauit. At ille virgini cōpatiens dedit ei bonū cōsilium. Uade inquit cū filia tua katherina ad locū nō longe ab hinc distantē. in q morat qdam heremita vir sancte vite τ pfessionis xpiane. cōsiliū sup pmissis instant et deuote inqre. spero firmiter q ab eo bonuz cōsilium debeas reportare. Mat morā non fecit s assumpta filia heremitam qsiuit τ inuenit. Quo inuēto cām sui aduētus exposuit τ eius ɔsiliū salubre poposcit. At ille p spiritū diuinū pscius futuroz. Katherinā dulciter alloqt. volūtatis sue secretū subtilit sup pmissis scrutat. Katherina vo sicut p prie matri prius rñdit. sic iterato rñdit viro dei. Ad quā heremita. O puella formosa si in xpm credidens habebis sponsū q nobilitate scientia pulchritudie τ diuitijs incōpabilit te pcellit. Nobilitate qdem. Naz eterni regis filius est. Sapia. quia celum τ terrā sua sapia edificauit τ fundauit. Pulchritudine. quia speciosus forma pre filijs hoim. τ de eius pulchritudine sol τ luna mirant. Diuitijs quia q in celo τ celi ambitu ɔtinent sūt eius possessiōes. Que cū audisset hec vba mirari cepit vltra modū τ statim cognouit q hic nō poterat eē pur hō q has ɔditōes in se habuit. τ dixit ad heremitam. Obsecro te dic mihi si possez vidē hūc iuuenē de quo mihi tāta dicis. Cui rūdit. Posses si meis ɔsilijs acqescere velis. Katherina rūdit. Parata sū qcqd ɔsuleris adimplere vt hūc iuuenez tā magnificū diuin videre possim. Tūc vir sctūs replet gaudio dedit ei tabulā in q depicta erat imago btē vginis Marie filiū suū tenens in brachijs. τ ait. Ecce filia hec est imago regine matris τ filij. de quo tot τ tāta dixi. Hoc sero ipam deuote supplica quatenus tibi dilectissimū filiū suū ondere dignet Ego me int ipam τ te mediatorē ɔstituā; ac loqr ei p te et spo q ipa te exaudiet. ¶ Facto igit vale katherina cū mre domū reuertit. secū clā dictā deferēs imaginē. Et facto noctis silentio cū iā omēs de familia τ de domo sua sopori se dedissent. Katherina in cubiculo suo sola accensis luminarib corā imagine vgis quā reuerent in loco honorifico collocauerat humilit se psternēs cū lachrymis ipam vginē depcabat qtenus ex sua benignitate suū filiū ei ondere dignaretur. Multis iā gemitibus τ pcib fusis an imaginē vgis dormitare cepit. Et ecce regia celi apparuit sibi sedēs in throno speciosissia habēs filiū suū in brachijs suis. Cūqz ex pictura āndicta hāc eē vginē cū filio cognouisset de quos viro dei plura audiuerat. τ i eis tantā pulchritudinē miraret. cepit diligenti intueri. Et cū katherina vellet puez ɔspicere ipe faciē auertit. τ dū katheria ad aliā ptē pgeret. iterū se auertit. Tūc audiuit mrem loquētē ad filiū. Fili nō vides katherinā q pulchra sit τ desiderās te aspicere. Rñdit puer. Mr charissima. katheria turpis τ sordida ē michi vt in eā ɔspicere nequeo. qz adhuc nō ē lota. Et mater ait. Ecce q sapiēs. q nobilis. q diues ē. Rñdit filius. Charissima mr ipa est fatua. ignobil. paup. ac nuda. Uñ q diu fuerit i tali statu faciē meā videre nō poterit. Et mr. O dilecte fili possit ne ipa aliqd facere vñ tibi placeret τ efficeret digna videre faciem tuam τ tibi copulari. Nā ipa vt video feruēti desiderio estuat effici spōsa tua. Depcor g te dilecte fili vt instruas eam quid facere possit vt digna efficiat visiōe tua preclara τ assumi in sponsam. Cui filius. Uadat inqt ad illū seruū meū τ tuū q hesterno die de me τ te locutus est cum ea. τ ymaginē tui τ mei ondit. τ bm cōsiliū suū faciat. τ sic veniēs videre me poterit. His dictis visio disparuit. τ katherina in se reuersa mirabat d his q viderat τ audierat mēte tractans. Et cū summo desiderio expectabat diē vt perficeret ea q audierat in visione illa. Mane autem facto assūptis secū aliquibus de familia ad heremitorium viri dei festinanter perrexit. et pstrata ad pedes eius cum lachrymis humiliter ei seriem visionis ostense sibi celit enarrauit. Et petēs ab eo cōsilium vt efficeret digna videre faciez illi pueri τ ei i spōsam copulari. Ille vir sanctus cōsolatione repletus incepit ei pdicare mysteria xpiane fidei. ipamqz bñ instructā ac in nomine sctē trinitatis baptizatā ad ppria remisit. exhortans eam vt in orōnibus vigilanter pseuerar et. quia absqz dubio mereret optatū pmissū videre τ digna effici sponsa filij

virginis. katherina igiť veste ydolatrie ⁊ erroris deposita. ⁊ pallio innocētie ⁊ puritatis amicta: gaudēs reuersa ē domū. Et nocte sequēti cum se dedisset in cubiculo. oratione facta in extasi vidit vginē Mariaȝ ad se venire cum filio suo pulcherrimo q̄ facieȝ suam gliosam ad eam amicabiliter ꝯuertit ad cuiꝰ intuitū liq̄facta est anima eius. Et audiuit m̄rem alloquētem filiū ⁊ dicētem. Ecce charissime fili famula tua Katherina nō distulit adimplere iussionē tuā. intuere ergo eā ⁊ vide nūc eiꝰ pulchritudinē. Et filius. Charissima m̄r. katherina est vgo decara ⁊ sapiēs. pulchra facie. ꝯ pulchrior fide mihi modo multū placet. Nā katherina facta est cādida. ⁊ ex cornice facta ē velut columba alba. ex fatua facta est sapiēs. ex ignobili facta est generosa. ex paupe facta est locuples. Tunc regina celi ī hec vba katherinā alloq̄tur. Uirgo prudentissima. ac filia mea dilecta: audi ⁊ vide ⁊ inclina aurē tuā. Et ad filiū ait. Fili dilectissime ex quo iam katherina pulchra facta est ac gratiosa ī oculis tuis p̄cor te quatenꝰ amore dei ipsam assumas in sponsam. Tūc filiꝰ ad matrem. O mater scis ꝙ sup oīa diligo puritateȝ. Uñ postq̄ vidi eam lotaȝ grā baptismatis amaui eā ⁊ quesiui eā mihi assumē in sponsam. ⁊ amator factus suȝ forme illius. Hec cum katherina audisset cecidit in faciē suā. Et ait. Utinā merear ego ancilla tua fieri dn̄e lauare pedes suorū tuorū ⁊ ancillarū tuarū. Tunc vgo Maria extēdit manū suaȝ ⁊ apphēdit dexterā manuȝ katherine ⁊ filio suo porrexit dicēs. Charissime fili iā ānulo fidei tue subarra. ⁊ in ppetuam spōsam tibi eā assume. Quo dicto filiꝰ subarrauit eam ānulo aureo dicēs. Ecce ego accipiā te ī ppetuā spōsam. His pactis visio stati dispa-ruit. ⁊ katherina ad se est reuersa ⁊ ānulum digito quo xp̄s eā despōsauit repperit. Annulus iste in monasterio mōt̄ synai custoditur cū alijs sacris reliquijs. Sic katherina ad fidē cōuersa baptizata ac ānulo xp̄i subarrata ipi spōso fideliter adherēs. ydola respuēs. regnū mūdi ⁊ oēm ornatū seculi gloriā ⁊ diuitias ob amorē sponsi sui ꝯtempsit ⁊ soli sibi in puritate deseruiuit. Uñ bñ dicit xp̄s de ea illud Cant̄. iiij. Tota pulchra es amica mea ⁊c̄. A Unde ppt' eius pulchritudinē bene figurať nob̄ ī Judith. que fuit ita pulchra ꝙ oēs serui pncipis Holofernis mirabanť de eius pulchritudine, Uñ dixerūt alter ad alterum. vt hr̄ Judith. xi. Nō est talis mulier sup terram in aspectu ⁊ pulchritudine: ⁊ in sensu vbor̄. Moraliter Judith interp̄tatur ꝯfitens ⁊ bene significat sctām katherinā. q̄ ꝯfessa ē in p̄fecta fide xp̄ȝ. Ista vgo est ita pulchra ꝙ ciu eterni regꝫ mirant̄ de eius pulchritudine. Quare bñ dicūt illud Cant̄. vi. Que est ista que ascēdit ⁊c̄. Uel illud Cañ. vij. Quā pulchra es ⁊ decora charissima in delitijs. Uel sic si placet. Certe hāc pulchritudinē habuit sancta katherina. Uñ legiť de sua pulchritudie infra. Reqre. Itē ibi reqre. Et sic bñ dr̄ de ea in p̄s. Speciosus forma pre filijs hominū. Unde de eiꝰ pulchritudine hr̄ exemplū. Legiť eñ ꝙ q̄dam sctē katherine valde deuotus fuit ⁊ eam crebro ī. sepe in suū adiutoriū inuocauit. p pcessum v̄o tp̄is ipe deuotiōem mētis pdidit. ⁊ in ipius deuotiōe cessauit. Qui in orōne positꝰ virginū multitudinē vidit añ se venictū inter quas erat vna q̄ ceteris splendidiar videbať. Que cū sibi appropinquasset faciē suā opuit. ⁊ sic añ ip̄m velata facie trāsiuit. Cuiꝰ splēdorē cū ille nimis miraretur. ⁊ q̄ eēt īt̄rogaret. Una ex eis sibi r̄ndit. Hec ē katherina quā olim ꝯgnoscere solebas. nūc aūt q2 deuotionē circa eam perdidisti iam corā te sic velata facie tanq̄ incognita a te pertrāsiuit. Et sic patet eius speciositas. quare merito diligitur. Unde Sapie. viij. Amator factꝰ sum forme illius. B. Secundum est nobilitas. Sed est notādum ꝙ triplex est nobilitas. scȝ generis. moris. ⁊ gratie. Quā triplicem nobilitatē habuit in se katherina. quare merito diligebať. Primo habuit nobilitatem generis. q2 fuit filia vnius regꝫ. Secūdo habuit nobilitatē moris. Nam virtutes nobilitauerūt eā ī q̄bus se exercuit. Uñ dicit Plato. Nobilis est ille quem nobilitat sua vtus. Tertio habuit nobilitatē diuine gratie. scȝ fidem que tm̄ nobilitat homineȝ ꝙ facit eū summi regꝫ filiū. Unde Johis. i. Dedit eis ptātem filios dei fieri hijs qui credunt in nomine eius. Unde dicit ap̄lus ad Gal. iij. Omnes vos filij dei per fidem. Et ideo dicit Chrys̄. Fides est fundamentum sanctissime religionis siue christianitatis q̄ multos filios ꝯcipit ⁊ parit deo. Qz autem istam triplicem nobilitatem sancta Katherina habuit ostādiť in legenda. Legiť eñ ꝙ sctā katherina fuit filia costi regꝫ. ac omnibus studijs liberaliū artiuȝ erudita. Cū au

tē Maxētius imperator oēs tam divites
q̄ paupes ad alexādriam ꝯuocasset p om
nes ꝓuincias suas. ⁊ oēs cum aīalib⁹ ve-
nire iussit vt dijs imolarēt. ⁊ xp̄ianos simi
liter coegit dijs sacrificare sub pena mortis
In hac ḡ civitate erāt scā Katherina. ⁊ erāt
decem ⁊ octo ānoꝝ. q̄ cum in palacio suo ex-
istēs audiēs mugitus diuersoꝝ aīalium et
ppłorum cātantiū tumultū. ⁊ diūsa instru-
mēta organoꝝ: ipa cū familiarib⁹ suis iuit
ad templum: ⁊ signo cruc̄ se muniens illuc
accessit. Ibiq̄ȝ multos xp̄ianos vidit metu
mortꝭ sacrificātes. Tunc v̄o deo dilecta de h̄
multum dolebat. ⁊ deposito timore ad impe
ratorē audacter accessit. ⁊ ait. Salutatōem
o rex tibi ꝓferrem si hec q̄ demonib⁹ offers
deo offerres: ⁊ a dijs animū reuocares. Nā
de eis dic̄ ꝓph̄a. Os hn̄t ⁊ nō loquent̄. ocu-
los hn̄t ⁊ nō videbūt ⁊c̄. Et in nullo culto-
res suos iuuare pn̄t. Dn̄s aūt meus iesus
xp̄a pōt iuuare suos cultores. Miraris enī
hoc tēplum manu artificū operatū. Mira-
ris ornamēta p̄ciosa q̄ velut puluis añ fa
ciem vēti erit. Mirare potius ornamēta ce
loꝝ. s. solem. lunā. ⁊ stellas. Mirare etiā fa-
mulatū coꝝ qualiter a mūdi initio vsq̄ȝ ad
finē nocte ac die currūt ad occidēte ⁊ rede-
unt ad oriētem nec vnq̄ fatigātur. Et cuȝ
hec aniaduerteris interroga ⁊ disce q̄s eoꝝ
sit potētior. Cum aūt ipm̄ eo donāte intel-
lexeris nec simulē illi inuenire valueris. ipȝ
adora. ipm̄ glīfica. Ipe enī est deus deoꝝ
⁊ dn̄s dn̄antiū. Cumq̄ȝ de incarnatione filij
dei plurima desputasset. stupefact⁹ cesar nō
voluit ad hec r̄ndere. Tandeȝ ad se reuersus
dixit ad eam. O mulier sine nos finire sacri
ficiū. ⁊ post hoc tibi r̄nsum reddem⁹. Prece
pit ergo eā ad palaciū duci ⁊ cū omī dilige
tia custodiri. admirās nimiū ei⁹ prudētiaȝ
⁊ corpis pulchritudinem. Erat enī speciosa
valde ⁊ incredibili pulchritudine omnium
oculis admirabilis videbatur. Finito vero
sacrificio veniēs cesar ad palaciū dixit Ka-
therine. Audiuim⁹ tuā eloquētiam ⁊ mira-
ri sumus tuā prudentiam: ſȝ in deoꝝ sacrifi-
cijs occupati omīa plene intelligē nequiui-
mus. Nūc aūt ab initio ꝓgeniem tuā requi
mus. Tunc Katherina r̄ndit. Scriptum ē.
Nō te collaudes: nec te culpaueris ipe. hoc
faciūt stulti: quos glīa vexat inanis. Confi
teor tamē meam ꝓgeniem non tumore ia-
ctātie ſȝ humilitatꝭ amore. Ego enī suȝ Ka-
therina costi regis filia. que q̄uis in purpu
ra nata. ⁊ liberalibus disciplinis ⁊ scientijs
instructa: tamē hec omīa ꝯtempsi: ⁊ ad do-
minū iesum xp̄m ꝯfugi. Dij aūt quos colis
nec te nec alios iuuare pn̄t. Nam in necessi
tate nō assunt. in tribulatiōe nō succurrūt.
⁊ in periculis nō defendūt. Et sic pȝ quō san
cta Katherina fuit nobilis cum hāc tripli-
cem nobilitatem perfecte in se habuit. Qua-
re bn̄ d̄r de ea illud Tob. v. Ex magno gn̄e
es tu ⁊c̄. Ideo dicta est katherina quasi ca
thenula. Ipa enī sibi per illam triplicem ac
v̄tuosam nobilitatē cathenā fecit per quaȝ
vsq̄ȝ ad celum ascēdit. Naȝ de nobilitate ge
neris ad nobilitatē fidei ascēdit vsq̄ȝ ad ce
lum. Iuxta illud ps. Ibunt de v̄tute in vir-
tutem. Vn̄ hec v̄tuosa nobilitas figuratur
nob. Tob. v. In genealogia ipius angeli q̄
duxit ⁊ reduxit Tobiam iuniorē in ciuita-
tē rages ad ꝯgnatum suū Gabelum. Cui
dixit Tobias. Rogo te indica mihi de q̄ tri-
bu es tu. Cui Raphael āgel⁹ dixit. Ego suȝ
Azarias anānie magni filius. i. dei ⁊c̄. Unde
d̄r Actuū. xvij. In ipo enī viuimus. scȝ deo.
Seq̄tur. Nam ipius genus sum⁹ ⁊c̄. C.
Tertiū est sapiētia. Vn̄ Prouerb. xiiij. Ac-
ceptus est regi minister intelligens. Certe
hanc sapiam habuit sancta katherina. qua-
re bene fuit eterni regi accepta ⁊ dilecta vt
ipa sapiētiores mūdi excellebat in omī sa-
piētia. Unde legitur ꝯsequēter q̄ imperator
videns q̄ ita prudenter loq̄bat̄: ⁊ q̄ xp̄m
verum dei filium dixit. ⁊ ydola demonia as-
seruit. ⁊ eius sapiētie obuiare nō potuit: mā
dauit occulte p literas vt omēs grāmatici
⁊ rhetores ad pretorium alexādrie festina-
rēt immēsa munera recepturi si cōcionatri-
cem v̄ginē suis assertiōib⁹ superarēt. Addu-
cti sunt igr̄ de diūsis ꝓuincijs q̄nquaginta
oratores. qui omēs homines in mūdo i om
ni sapia ⁊ scia excellebāt. Quib⁹ interrogan
tib⁹ cur tam a remotꝭ partib⁹ vocati essent
Cesar r̄ndit. Est apud nos puella sensu et
prudētia incōparabilis. que omēs sapientes
ꝯfutat. ⁊ deos nostros demones affirmat.
quā si superaueritꝭ cum magno honore ad ꝓ-
pria redibitis. Tunc vn⁹ indignatus r̄ndit
O magnū imperatoris ꝯsiliuȝ q̄ ob vni⁹ pu-
elle ꝯflictum tot sapiētes mūdi de remotis
partibus aduocauit. cum vnus ex nr̄is cli-
entulis eaȝ poterat leuissime confutare. Et
dixerūt. Adducatur coram nobis puella vt
sua temeritate conuicta nunq̄ se sapientes
vidisse agnoscat. Sed cum v̄go certamen

qđ sibi immineba[t] didicisset. totam se dn̄o cōmēdabat. Et ecce angelus dn̄i astitit ei ⁊ vt ꝯstāter staret āmonuit. asserēs ꝙ non solū ab illꝰ vinci nō posset. ꝟ insup illos conuersos ad palmā martyrij destinaret. Cum ꝗ corā oratoribꝰ adducta fuisset dixit īperatori. Quali iudicio ꝯtra vnā puellā q̄nquagita oratores opponis: quos ꝓ victoria remunerādos ꝓmittis. ⁊ me sine spe mercedis pugnare cōpellis. Erit mihi tn̄ dn̄s meus iesus xp̄s adiutor ⁊ remunerator. q̄ est spes ⁊ corona ꝓ se certātium. Cū ergo oratores deū fieri hoīem: aut pati īpossibile dicerēt. tūc ꝟgo hᵒ etiā a gētilibꝰ esse p̄dictū ostēdit. Nam Sybilla dixit. Felix ille deus ligno q̄ pendet ab alto. Itē dixit xp̄z passuz. ⁊ resurrexisse a mortuis. Nā ex humilitate humane nature mori potuit ⁊ ex diuinitate resurgē. ⁊ sic fecit oēs obmutescē ⁊ muti penitus effecti sunt. Tunc īperator nimio furore repletꝰ. īcrepare eos cepit cur ab vna puella tā turpiť se vinci ꝑmitterēt. Tūc vnus magistroꝝ maior inter oēs sic ait. Noueris imperator ꝙ nullꝰ vnq̄ ꝯtra nos stare potuit. q̄n ꝯtinuo vinceret. Hec aūt puella in qua spūs dei loq̄tur: sic nos in admiratiōem cōuertit ꝙ ꝯtra eā omnino nihil dicere possumus. Vn̄ imperator ꝯstāter fatemur ꝙ nisi ꝓbabiliorē sniam de dijs tuis q̄s vsq̄z huc coluimꝰ ꝓtuleris. ecce oēs ad xp̄m ꝯuertimur. Audiēs hoc tyrānus nimio furore succensus oēs in medio ciuitatꝭ cōburi iussit. q̄s ꝟgo ꝯfortās in fide diligēter instruxit. ⁊ cū dolerent ꝙ sine baptismo discederent ꝟgo rn̄dit. Ne timeatis: q2 effusio vr̄i sanguinis vobis baptismꝰ reputabiť ⁊ corona. Igiť signo crucꝭ muniti ⁊ flāmis iniecti ita aīas deo reddiderūt vt nec capilli: nec vestimēta ab igne in aliq̄ lederenť. Et sic fuerūt a xp̄ianis sepulti. Et sic p3 eiꝰ sapiā propť quā merito fuit deo dilecta. Vn̄ bn̄ dr̄ de ea qđ canit eccl̄ia. In ꝯspectu p̄ncipis loq̄bať sapiam ⁊ dn̄s omniū dilexit eā. Reqre Tunc. N. D Quartū est fortitudo. Vn̄ dr̄ p̄imi Machab. ij. Confortamini filij ⁊ viriliter agite. q2 cū feceritis q̄ p̄cepit deꝰ ī ipso gloriosi eritꝭ. Nā hō qui fortiter resistit. patienter sustinet aduersa ꝓpť xp̄m. ideo merito diligiť ab eo. Certe hoc fecit sctā katherina. Nam ipa fuit ꝯstās ⁊ fortis in oībꝰ penis illatis. Vn̄ legiť ꝯsequēter ꝙ postq̄ q̄nquaginta magr̄i eēnt cremati dixit imperator ꝟgini. O ꝟgo glīosa ꝯsule iuuentuti tue ⁊ esto ꝯsentiens ⁊ post reginaz in palatio meo secūda vocaberis. Et imagine tua in medio ciuitatis fabricata a cunctis velut dea adoraberis. Cui ꝟgo. Desine talia dicē q̄ scelus est etiā cogitare. Ego me spōsaz xp̄o tradidi. ille glīa mea. ille amor meus. ille dulcedo mea. ab eius amore nec blādimēta: nec tormēta p̄nt me reuocare. Tūc ille furore repletꝰ iussit eā spoliari ⁊ scorpionibus cedi: ⁊ cesam in obscurū carcerē tradi. ibiq̄z duodeci diebꝰ fame ⁊ siti cruciari. Imperator aūt ꝓ q̄busdā causis instātibꝰ extra ꝯfinia regiōis ꝓcessit. Interea regia eius nimio amore succēsa cum p̄ncipe militum noīe Porphirio media nocte ad carcerem ꝟginis ꝓperauit. Quo cū regina intro[i]isset vidit carcerem ineffabili claritate fulgētem. ⁊ angelos plagas ꝟginis pungētes. Incipiensq̄z Katherina regine eterna gaudia p̄dicauit. ⁊ eam ad fidē ꝯuertit. ac martyrij coronā eidē p̄dixit. sicq̄z ad mediam noctē sermonē ꝓtraxerūt. Que cū omnia Porphirius audisset ad pedes ꝟginis ꝓcidit. ⁊ cum ducētis militibꝰ fidē accepit. Quia vero tyrānus ꝑ duodeciz dies iussit eam esse sine cibo. xp̄us per hos dies missa de celo candida colūba eam cibo refouebat. Deinde dn̄s cum multitudine angeloruz ⁊ ꝟginū katherine apparuit dicēs. Agnosce filia creatorē tuū ꝓ quo ita pateris. ꝯstās esto q2 ego tecū sum. Rediēs autē impator eā sibi p̄ntari iussit. Et videns eā splēdidiorē quā tāto ieiunio estimabat afflictā. putauit ꝙ aliq̄s eā in carcē sustētasset. ⁊ furore repletꝰ custodes torq̄ri p̄cepit. Illa vero ait. Ego cibum ab hoīe nō recepi. ꝟ xp̄s per angelū suū me nutriuit. Cui imperator. Recōde oro qđ moneo in corde tuo. ⁊ noli dubijs sermonibꝰ respōdere. Nō enī te quasi famulam cupimꝰ possidere. ꝟ regina ꝑ omnia potens ⁊ electa decore in regno meo triūphabis. Cui ꝟgo. Attēde ⁊ tu obsecro ⁊ discerne quē magꝭ debeo eligē. an potētē. eternuz. glīosum. ⁊ decorum. vel infirmū mortalem. ignobilē. ⁊ deformē. Tūc impator indignatus ait. E duobus tibi vnū elige. aut sacrificare vt viuas: aut exq̄sita tormēta subire vt pereas. Et illa ait. Quecūq̄z tormēta poteris excogitare ne differas: q2 carnē ⁊ sanguinē meū xp̄o offerre desidero: sicut ipe ꝓ me seipm̄ obtulit. Ipe enī est deꝰ meꝰ. amor meꝰ. ⁊ sponsus meꝰ vnicꝰ. Ecce ꝙ fortꝭ fuit. Vn̄ bn̄ dr̄ de ea Ro[m]. iiij. Confortatꝰ es in

fide scz qua fortiter se tenuit. Un̄ meruit benedictiōem .i. diuinū amorē. Quapropť ipsa bn̄ est illa fortis mulier quā Salomon in spiritu quesiuit dicens. Prouerbiorum vltimo. Mulierem fortem quis inueniet ꝛc. Unde bene figurat̄ p Judith. de qua Judith. xv. c. dr̄. Tu glīa hierlm. tu leticia israel. tu honorificētia populi mei que fecisti viriliter. ꝛ confortatū est cor tuū eo ꝙ castitatē amaueris. eris bn̄dicta in eternū ꝛc. ¶

